tantibus. si quis igitur arguerit ab omnibus destruendus esset, quia tota magis stultissimus manicheus, qui tamen dicit quod contrarium operatur spiritui. Deinde quoniam carnis alium accipit principium, sicut epistula v. "Nemo umquam odio carnem suam habuit", et sic non operatur, immo mutuo amore nectuntur. Accipit enim compulsio et corruptio que est in carne, et ratione huius operatur; non tamen habent causam contrariam, quia non habent causam efficientem. Contra obiectionem quod idem similiter se habens etc. Dicendum quod aliquod est agens quod agit se ipso, et idem ipsum est quod producendo diversa diversificatur, immo uno et eodem producit multa. Aliud est agens quod agit per additum sibi et diversificatur in agendo diversa. Deus autem est agens primo modo et non secundo. Et quia hoc non intellexerit manicheus, posuit diversa principia et diversos legis latores, quia videat in legibus diversitates et rebus. Et quia stulte motus fuit sensibili patet. Videmus enim quod idem artifex per eandem artem domum facit et aulam et celo achaz [?]. Numquam duos artifices oportet ad hoc facienda invenire. Rursus idem medicus secundum eandem artem medicine diversa eidem egroto secundum diversos status apponit medicamina et diversa dat precepta et contraria secundum diversitates infirmorum; immo stultus esset medicus qui eandem rem semper daret medicinam et precepta. Si igitur diversus fuit status hominum tempore iudeorum et nostrorum evangelicorum, quod pluribus unum et eundem diversa et contraria precepisse; ac tamen contraria non sunt spiritualiter intellecta. Et sic obiectio iam solutum est, quia viciositas mundanorum est contempnenda, sed creatura amanda et deus in ea laudandus, et omnes creature laudant dominum et bone sunt. Et hoc sufficiat.

Ex supposito quod omnia sunt ab uno eodem principio queritur utrum immediate produxit omnia se ipso aut mediate. Et quod mediate videtur ingenium de liberalitate agentis est ut non tamen communicet alii actum sed et potentiam multiplicandi et diffundendi. Sed deus est agens liberalissimus. Ergo videtur quod sicut creaturis fecit, dedit potentiam faciendi aliam et illa det alii, et sic procedendo usque ad ultimam. Si dicas quod creatura non est capax tante potestatis, contra: maius est facere ad cuius est resistentia quam ubi nulla. Sed creatura facit ex contrario ubi resistentia; a fortiori faciendo aut ex nihilo nulla; ergo sic est capax potestatis predicte. Item de nobilitate agentis est facere nobiliora opera per se ipsum et minus nobilia per ministrum, ut patet. Decet enim regem iudicare, sed non decet eum coquinam facere. Ergo si primum est rex nobilissimus et producat res secundum quod decet eum ~~necessitate~~, videtur quod ipse debuit unum producere, et per illud minus nobilia, et sic procedendo usque ad ultimum. Si tu dicas quod non est simile de deo et de agente creato, quia deus non perficitur ab aliquo opere. Contra quod opus regis propugnatoris [?] et gubernatoris dominum est, et creatura deus regit universam creaturam et gubernat per alium, et hoc est ad ostensionem sue nobilitatis; quare similiter non erit. Item ostenditur quod necessario sic ita est. Sicut omnis effectus qui exit ab aliqua causa naturali exit ab ea vel per aliam causam propriam vel per se ipsam appropriatam. Sed deus est causa universalissima non valens artari nec appropriari, ulla possit nisi addicione. Ergo quod est producit multa, producit per aliam causam propriam. Item ego video quod virtus unitatis est ad numeros infinitos, tamen unitas nullum numerum producit nisi producat primo a numero qui immediate ipsam sequitur, scilicet dualitatem. Unde nullo modo unitas facit ternarium nisi per dualitatem, et sic in aliis procedendo. Sed contra similiter quod non perdit adeo multitudo virtutis ipsius si sumetur unitas non per ipsas res. Sed dico quod primum non sit contrarium, quia homo recipit ab aliquo in tantum ei tenetur. Sed ad solum dominum tenetur creatura ex toto. Solum enim dominum debet diligere ex toto corde etc. Ergo solus deus creat totum. Sed creatio est actio in qua totum producitur. Ergo etc. Item maius est rem de novo esse producere quam conservare et perficere. Ergo si deus mediante alio conservaret et perficeret, ergo res deo nullo modo indigerent; ergo non ad deum tenderentur. Sed omnia sunt bona quia tendunt ad ipsum et ordinata; ergo nil esset bonum nec ordinatum, in quo est principale est suum finis, ideo est suum bonum. Item quod sit in potentia virtus in potentia est creativa agentis se tota, cum nulla sit ordo sumptus. Ergo ipse est creativa agere per potentiam infinitam. Sed inter omnino nil et aliquid est distantia infinita. Ergo non potest reducere nisi ab agente virtutis infinite. Tale est autem quod solus deus etc. Pro-

Dicendum quod potest quod deus produxit res per agentem et in unitate et per fidem, sed solum per filium suum. Dicitur enim et facta sunt. Nec solum secundum fidem sed secundum rationem, et ponunt omnes productas ex nihilo omnino esse [illegible], ita quod non possit capi quomodo agens potest finite ad ex nihilo producat. Nec etiam aliquem philosophum [illegible], sunt plures fuerunt philosophi qui posuerunt ordinem in producendo gradatim descendendo [illegible] modo. Deus est sit omnino simplex et actus est intellectus, non produxit nisi intelligentiam primam et unicam. Illa vero per distantiam a primo intelligit se et primum et in [illegible] fuit composita, et ita produxit orbem suum et intelligentiam secundi orbis, et sic deinceps usque ad orbem lune et intelligentiam decimam que irradiabat super animas rationales. Et sic ordo est in producendo et in irradiando. Sed iste error fundamentum habet in deo quod ille primum non producit, sic simpliciter productum est. Item [illegible] habet rationem. Dicendum enim quod quod simplicissimum est deus non producit nisi unum, sed hoc magis est ad oppositum. Quanto ad simplicius tanto potentius, et quanto potentius tanto in pluribus potest. Ergo si deus simplicissimus et ipse potest omnia simul. Rursus hoc repugnat eis. Si enim [illegible] simplicitate non producit nisi unam intelligentiam, pari sit simplicior

Margin notes: scilicet deficientes [illegible] — nobilitate — ulti — et novi — [illegible]

[illegible]

int oc. vii ueit moile e maior varietas stellarum quam in aliquo orbium inferiorum. quia uniformes per rationem suam que uniformiores sit. et in ratione ponis quod dicit ponit. preterea ad hoc sic dicit fides nostra quod omnia in prima conditione immediate a deo sunt producta. quia non creatio est tantum illius secundum totum et deo credunt esse soli deo. non potuit esse alterius substantia ut plurimi ponunt adhuc parte producere. Contra obiectum de liberalitate et nobilitate. dicendum quod tanta liberalitas que nobilitatis supponit ordinem et possibilitatem in actu creationis non attenditur ordo. equaliter enim virtutis et dignitatis est producere asinum ex nihilo et angelum. et virtutis infinite potest. non est in actu possibilitatis creationis ut visum est per infinitatem. non sic de actu regis et propagationis. ideo patet quod non est simile. Contra obiectum quod creatura est capax quod non habet resistentiam. dicendum quod in illa resistentia obstat ad oppositionem. per certo quod impediat nullo habet nisi unum scilicet fundamentum et appetitum materie. sed in creatione nullum habet nisi unum tamen. ideo difficile. ideo non est locus animi ut patet. Contra obiectum quod cum universalis non potest in esse producere. dicendum quod cum universalis quod non est actus purus iungit actualitate esse particularis. sed illa quod omnino est actus simul habet in se esse universale esse et particularis quia simul habet primitatem et actualitatem. ideo potest in multa et secundum totum potest in illa. Contra ultimum obiectum quod unitas non potest in unius positionibus sui possibilibus. dicendum quod non in puncto est potentia activa et sufficiens ad lineam. non in unitate ad numerum. nam ipsa unitas est potentia omnis numeri potentia sufficiens per se. et ideo non solum actualis unitas et autem in passiva potentia numeri. deus autem in omnia potest potentia omnino activa. et ideo sine omni medio potest creare omnia.

Iso de entitate et quiditate principii productionis, quia hic tractio de ipsa productione que creatio appellatur, circa quod querunt duo. primo est utrum dicat mutationem aliquam. secundo utrum dicat ad medium inter creatorem et creaturam. Contra autem dicit mutationem ut videtur per auctoritatem augustini xii. de civitate dei, omnia que creata sunt mutabilia sunt. quia de nihilo facta sunt. si ergo creabile est mutabile, ergo creatum est mutatum et creatio est mutatio. Si tu dicas quod est mutabile quia potest in nihil cedere et non quia productum est. contra sicut destructio dicit viam deveniendi in non esse sic creatio in esse. si ergo destructio ponit mutationem ergo pari ratione et productio. Item creatio est actio sed omnis actio in motu et omnis motus in actione. ergo quod creat vere agit. ergo vere movet. Si tu dicas quod actio divina est magis est sibi quam actio et talis est creatio. obiectum de passione, nec quia creatum est ipsi creature. si ergo creatum suscepti est vere passionis et mutationis. ergo creatio passio est mutatio. Item predicamentum quod physicus et theologus est esse quod a visione incipit in visione tendit, logice decretum. ergo secundum ipsum creatio est visio. sed omnis visio est mutatio. sic

ipse ideo dicat quod creata sunt mutabilia quia mutabilia. ergo creatio est mutatio. Item quanto aliquid est magis distantia tanto in procedendo ab uno in alterum maior est mutatio et variatio. sed ens et non ens summe distant. ergo cum creatura de nihilo esse fiat ens. creatio summe est mutatio. Item magis mutatur res quando suscipit formam novam quam quando acquirit novum situm. et rursus magis quando acquirit formam substantialem quam quando acquirit dispositionem accidentalem. ergo quando totum de novo recipit et accipit. sed mutatur maxime. sed hoc est in creatione. ergo vere est ibi mutatio. Item si creatio dicit actionem absque omni mutatione. ~~ergo absque omni mutatione~~ ergo absque omni tempore et talia per sunt in esse et sunt ab eterno ergo videtur quod deus res produxit ab eterno. Ad oppositum magister dicit et habet in libro cum dominus dicitur facere ad presens aliquid operando motum intelligimus in eo. Si tu dicas quod creatio actio non dicit motum sed passio tamen. Contra ideo manifestum significatur in actione et passione sic dicunt grammatici sic recti et obliqui. Si ergo in actione non dicit motum ergo nec in passione. Item mutatur est se aliter habere nunc quam prius. et creatura non se habet aliter nunc et prius quia prius non se habuit quoniam nunc se habet in creatura. nunc enim fuit aliquid non potest se habere aliquid. ergo non ut quod nunc. ergo non mutatur dum mutatur creatur. ergo creatio non est mutatio. Item omnis motus et mutatio est perfectio entis in potentia. creatio autem nullo modo entis. ergo creatio non est motus nec mutatio. per primum patet per philosophum per secundum per magistrum. Item omnis mutatio fundatur super ad mobile. sed creatio non preexigit aliquod mobile quia esse mobile per creationem inducitur in esse. ergo creatio non est mutatio. Item si creatio est mutatio. aut ergo secundum accidens aut secundum substantiam. non secundum accidens. quia ergo sola accidentia creatur. sed non secundum substantiam quia tunc esset generatio vel corruptio. Si dicas quod sub nulla harum species continetur. obiicitur non solum secundum philosophum sed secundum augustinum omnis motus aut est ad situm aut ad formam. sed creatio est ad utrumque recte accipiendo. ergo videtur quod non sit mutatio. Item creata potentia creat de se et generat generationem quia utrumque fiat per potentiam infinitam. sed de se potest generare sine mutatione sui et creature. aut similiter. quare quod non. Preterea dicendum quod est productio in qua producti se habet aliter nunc et prius. quia prius ad sui fuit prius subiecta dispositione. et nunc est aliud. et talis est productio que est ex nihilo prius, et dicitur generatio. Alia est productio in qua productum aliquid modo se habet nunc et nullo modo prius. et talis est productio que est ex nihilo. Tertia est productio in qua productum similiter modo se habet nunc et prius. sicut est ubi dicitur prius et talis est filius genitus ab eterno. ab eterno enim sic processit ut et nunc est. per hoc habetur ratio motus et mutationis et productionis. motus enim proprie separationis materie que fit per dispositionem accidentales et hic indiget successione et per mutationis ratione exitus in esse sine receptione ... formae quae fit ...

stantia productionis ratione est quia illam formam non a se habet
sed ab alio efficiente / secunda causa ratione motus habet terminum
mutationis et productionis. ratione motus causa quia autem
non habeat in se illa potest prius dispositum tamen ratione muta-
tionis quia ibi est vita et nova forma in ducto. habet rationem
productionis quantum habet ab alio efficiente primo / tertia caret
ratione motus et mutationis / habet tamen rationem mutationis productionis
ratione motus et mutationis caret quia non est ex nullo principio. non ex nihilo
sed tamen est ab aliquo et spiritualiter est ab ipso. / concedo est
ergo quod productio creationis est mutatio / et concedo sic rationes
ad hoc. licet aliquam videatur sophisticus. Ad ergo obiectum quod est
sine motu. dico quod id intelligitur sine motu agentis. non tamen
sine mutatione producti. sicut ut dicit philosophus. alia dum
movet ac immobilis perseverat. ergo magis deus dum
creat et mutat omnia ipse stabilis manens dat cuncta
moveri. Si ergo obiciatur quod ubi unum activum et passivum
id significant / dico quod similiter est. quia actio et passio dicunt diversa
genera / tamen in coniugatione ponitur unum ubi alterum. quia
vocis formam unum venit ab alio / quod obiectum quod mutatum
non est aliter se habere nunc et prius. dico quod ista non est generalis ratio est
quod est mutatum sive mutationis sed solum mutationis naturalis. Ad
ergo obiectum immutabile est quod se habet eodem modo / et mutabile quod se habet aliter.
dico quod hoc est communis. quia simul mutabile et immutabile opponuntur ut priva-
tio et habitus et immutabile est quod se habet eodem modo. et mutabile est sive
mutatum quod non se habet eodem modo. sed hoc habet tres causas ver-
itatis. aut quia nullo modo prius et aliquo modo posterius.
et ita non eodem modo. aut quia simpliciter aliter se habet prius et aliter
posterius. et ideo cum perdit a pluribus causis veritatis ad un-
am. peccat secundum consequentiam ad tres rationes sequentes patet ratio.
quia omnes perdunt de mutatione naturali / quod prius exigit naturam et
ens in potentia et quod est generatio. tali autem modo creatio non est mu-
tatio. sed super hanc mutationem. unde potest dici supernaturalis
mutatio. Et si queras utrum sit mutatio ad formam
aut situm. dico quod est ad totam rei substantiam. et ita ad formam.
at philosophus sub mutatione ad formam potest comprehendi. Ad qui-
de generatione filii. dico quod non est simile quamvis enim utraque
sit ab eterno potentia tamen creatio est ex nihilo. sed ex nihilo non potest dici
ut ex principio non causalitate. ergo ordine. ergo si ex nihilo / habet esse post
non. et ita post non esse. ergo aliquo modo se habet nunc quo non
se habuit prius. et ideo necessario mutatio ponitur per produc-
tionem de nihilo / sicut in creato. filius autem est de patris substantia per creationem.
non ordinem quod habeat ordinem ad nichil / sive ad non esse. ergo potest
semper esse. et ita productio sine initio et mutatione. unde pro-
ductio rei non potest inchoationem rei necessario. sed productio
ex nichilo necessario ponit. et ideo creatio includit mutationem.
generatio vero filii minime.

Consequenter queritur utrum creatio dicat medium inter creatorem et crea-
turam. et quod sic videtur. sicut se habet generari ad generatum
esse et fieri ad factum esse. ita creari ad creatum esse. sed fieri est me-
dium inter facientem et factum. et generari inter generantem et ge-
neratum. ergo et cetera. Item in omnibus creatis entibus differt quod est
et quo est formaliter. ergo differt similiter quod creat et quod creatur. sed quod
creatur est creatum. quo creatur formaliter est creatio. ergo differt crea-
tio a creatura. et similiter a creatore / creatio passio. ergo est inter
utrumque. Item quod transit non est idem cum eo quod permanet. sed
creari rei est in transitu et non a pluribus. ergo cum esse creatum du-
ret et maneat post creationem ergo differt creari et esse. ergo crea-
tio et creatura. Item omnis mutatio est via. et omnis via di-
fert a termino. quia nihil tendit ad seipsum. si ergo creatio est mutatio /
et hec creaturarum pro termino ergo differt a creatura ut via a termino.
sed via cadit media inter extrema / ergo et cetera. Item primo
posterius si creatio est creatum. et omne creatum creatur. ergo creatio
creatur. sed omne quod creatur. creatur per creationem mediam. ergo creatio per a-
liam creationem. et sic deinceps. usque ad infinitum. si ergo non est abire
in infinitum. patet et cetera. philosophus dicens. prima rerum creatarum est
esse. sed nihil ex parte creationis est ante esse. ergo creari non est ante quod
esse non creatio quam essentia. ergo nulla est differentia creationis a creatu-
ra. Item inter ens ab alio et non ab alio non est medium. sed omne
quod non est ab alio est creator. omne autem quod est ab alio est creatum.
ergo inter ea nil est medium. Item per prius posterius ostenditur creatura refer-
tur ad creatorem. aut ergo se ipsa. aut per aliud. si per aliud. queretur de
illo utrum referatur ad creatorem se ipso. aut alio. et sic pro-
cedendo in infinitum. Si vero referatur se ipsa. sed refertur
per creationem. ergo creatio non est aliud quam creatura. Item si creatio
est medium inter creatorem et creaturam. aut ergo eternum. aut
temporale. quod si eternum. ergo ad eternum est ad actum. Si tempora-
le ergo ante omnem creaturam est aliquod temporale. horum ergo utrumque
est hereticum dicere reprobatum in concilio Senonensi. de prelatis
qui ponebant aliquid medium inter deum et res. Item a pro-
portione. sicut se habet creator ad creaturam. ita creatio actio ad
creaturam passionem. ergo a permutata proportione. sicut se
habet creator ad creationem passivam. sed creator non differt secundum
rem a creatione activa / ergo et cetera. Responsio. dico quod est loqui de creatione
activa / et de creatione passiva. Si de activa loquimur. sic
dico quod non est medium inter secundum rem. sed solum secundum rationem
intelligendi / pro eo quod deus summe simplex est sua actio. Si a-
loquimur de creatione passiva. tunc distinguitur secundum quod per
creationis nomen potest significari et importari. oportet quod est ab aliqua
quod habet esse post omnino non esse. et hoc modo in nomine creature
clauditur ipsa creatio. quoniam creatura non tantum notat
ipsa creata. sed etiam concreata. et sic non est medium. non rem sed rem.
Alio modo creata notat ipsam substantiam rei ab aliquo produc-
te de nihilo. et sic creatio est medium / non secundum rem et naturam sed
rationem et habitudinem. illa tamen ratio non nil dicit quid ad potentiam
cuius diversam a creatura. et hic patet sic. creatio enim dicit
de nichilo esse. creatio in illo dicit esse a deo. unde habitudine dicit
ipse ad non esse perdens / et ad suum esse producens de utroque sim-
nois. creari enim non significat esse principium. sed exit de non esse

se habet prius et posterius aut nullo modo

habebat

actio i creatio ad creationem passivam

vel non

An creatio sit mutatio. Dicendum quod mutatio dupliciter accipitur. aut stricte vel proprie. que habet duo extrema realia a quorum uno tendit in aliud in eodem subiecto manente. sic accipitur mutatio naturalis. aut generaliter in large. que non habet duo extrema realia. sed tendit ab uno quod est non ens in alterum quod est reale. nullo eodem subiecto manente. sic accipitur mutatio supernaturalis. prima fit per motum / secunda sine motu. ut talis est creatio

esse, et hoc ab aliquo. Si ergo queritur quid sit habitudo que
importatur in comparatione ad non esse, dicendum quod illa habitudo dicitur
mutatio, quia esse et mutatio in esse. Et si queris quid sit
illa mutatio, dico quod non est aliud quam ipsa res. Et hoc
probatur, quia est mutatio ad esse et mutatio ab esse et muta-
tio in esse. Mutatio ad esse non ponit non aptum esse termi-
natam ab esse vel ponit non apte post non; mutatio in esse ponit
exprimitur utrumque, et ideo mutatio significat non nichil addit esse quam nec primo
esse. Mutatio secundo modo non addit esse quam nec ultimo esse, et ideo non
ponit aliquid addit quod esse sit esse. Sed solum significat mutatio
vero in esse utrumque extremum habet, et solum quod est post non quod terminatio
et talis mutatio addit quod esse non precedit tamen et divisum ab il-
lo secundum rem, quia non sit eius actu compleri. Et ideo non sic est crea-
tio medium inter creatorem et creaturam, sicut generatio inter ge-
nerantem et generatum. Dicendum ergo comparatum ad non esse dicit
medium non divisum per essentiam. Sed secundum intellectum dicendum com-
paratum ad creatorem triplex, nam est relatio quedam que fundatur
super comparationem accidentalem, sicut aliqui domini similes quia albi;
quedam que fundatur super dependentiam essentialem, sicut comparatio
materie ad formam; quedam que super originem actualem. Prima relatio
addit aliquid per essentiam. Tertia relatio nichil addit non per esse,
sicut patet intelligentibus. Media relatio dicit aliquid quod est quodam mo-
do idem, quodam modo aliud. Creatio autem dicit relationem secundum
medium modum, quoniam ipsa creatura essentialiter et totaliter de-
pendet a creatore. Et ideo concedendum quod creatio non est aliud secundum rem
a creatura, sed medium inter ipsam et deum secundum essentiam, sed
secundum rationem et habitudinem. Unde plus est in creari quam esse [illegible]
ne. Plus tamen est idem creatio actio cum creante quam creatio pa-
ssio cum creatura, quia in nullo differt non solum secundum rem
accipiendis aut diversa rationis. Et habitudinis quod non facit
diversitatem per essentiam, quia habitudo illa essentialis est. Secundum
vero est de unitate voluntate, virtute essentiali. Huius [illegible]
patet obiectio. Concedendum enim est rationes probantes quod non
est unum medium secundum rem. Quod obicitur de generatione et generatum
esse probatur, ideo excedis, quia generatio non est secundum totum. Immo ad
perficiendum determinandum est endelichia ipsa generatio, non
precedens ipsam formam, ac per hoc diversitatem notat. Non
sic creatio secundum quod fit tota in sua altitudine dominativa immediate,
quod [illegible] volendo eam per essentiam non sit. Ad [illegible] obicitur quod
differt quod et quo, dicendum quod illa non est diversa per essentiam, sed
quodam modo differt, quodam modo convenit. Vel dicendum quod non
est simile, quia creatio complectitur totam rei substantiam quoniam constituit, dicitur
ex quo est et quod est. Quod obicitur quod terminatur, dicendum quod non terminatur re
eius quod significationi sue [illegible] sed solum [illegible]
quod probatur [illegible] creatur. Est nec primo [illegible] creatura non
re eius quod ponit. Sed [illegible] collationis [illegible]. Quod
obicitur quod mutatio est via, dicendum quod mutatio que habet duo
extrema illa est que realiter differt a termino. Talis motus est
mutatio in esse. Mutatio [illegible] que tamen habet ultimum extremum

eius non potest dici medium. Sed ratio est quod se teneat
ex altero extremorum. Quod obicitur quod omnis creatura creatur, dicendum est
quoniam est de creatura proprie dicta. Si autem large dicatur,
non solum creatura dicitur quod creatur sed quod concreatur et quod
est creature annexum. Et hoc modo est creatio. Si ergo queratur quo-
modo potest esse, dicendum quod in principio est [illegible] prius tactum
fuit. Unde sicut unitas qua fit substantia unum non est una
alia unitate, sic non creatio qua substantia exit in esse per aliam
creationem producitur, sed concreatur.

Post ista est dubitatio circa litteram, et queritur primo de ordine
istius libri ad precedentem. Cum enim nos cognoscamus
creatorem per creaturas, quia invisibilia per ea que facta sunt, et scientia in- debeat
choanda a notioribus nobis, ergo prius debuit agere
de creaturis quam de creatore. Ergo liber iste primus non debet esse. Responsio:
dicendum quod supra, cum actum est de creatore, actum est et de creaturis
prout sunt via deveniendi in cognitionem. Nunc autem agit de crea-
tione rerum prout cognitio de creatore amministratur ei,
quia agit de conditione et lapsu. Non potest autem cognosci con-
ditio nisi cognoscatur eius principium. Principium autem huius conditionis
solus deus est. Ideo ordo doctrine huius libri sequitur doctrinam
precedentis, et patet obiectio. Item queritur de hoc quod dicit: In u-
no principio a deo creatore mundus extitisse refert. Queritur
pro quo supponit iste terminus principio: aut pro creato aut pro
increato. Quia proprietas est filii, non pro creato, quia nil non pro increato
creatum erat in quo fieret. Item ab eterno fuerunt res in
principio suo, scilicet deo. Si ergo productio respicit egressum a
deo, nullo modo potest stare pro principio increato neque pro creato, quia
non erat adhuc creatum. Responsio: dicendum quod proprietas est in suo casu
[illegible] accipiatur nominativo, ut dicat puritatem ordinis. Sic
idem est facere in principio quod facere ante omnia que continentur per-
[illegible] respectu aliorum temporalium posterius. Et [illegible]
tionis [illegible] primo [illegible] habitudinis [illegible]. Et est in
principio idem est quod in ipso instanti temporis. Tertio modo [illegible]
habitudinem cause [illegible] est in principio, id est in filio,
dicitur causalitas [illegible]: omnia in sapientia fecisti domine,
ut sic notetur non tantum causa efficiens sed et exemplaris.
Iste expositiones vere et catholice [illegible] excludunt
tres errores [illegible] producentium. Prima excludit
errorem quorundam modernorum philosophorum qui dixerunt mundum
ex tempore factum [illegible] intelligentia [illegible] quod deus primo fecit
angelos et cum illis [illegible] Sed quoniam est prima expositio
[illegible] in principio conditionis [illegible]
vel intelligentias, in quod per illos condidit mundum. Et hic error
[illegible] ex illo libro: faciamus hominem ad ymaginem [illegible]
[illegible] angelis. Secunda expositio excludit errorem
aliquorum qui dixerunt mundum conditum ab eterno [illegible]
[illegible]
[illegible]
et querere [illegible]. Tertia expositio excludit errorem

teius ꝑhoī. q̄ dixit p̄n̄ mūdi eā ēē etna. s. deū
ut. exemplar. si. n. de m̄filio sic ꝑ exī etnū co
didit de nichilo mūd. nō ergo requirit s p̄n̄ q̄ ē exemplar.
nec tam̄ qd sit m̄. 7 hic ortū huit. ex hoc q nō
potuit ītllr oīo quō ad fiat ex nichilo. Ex hiis
oībȝ elidit error manicheoꝝ qui posuerit p̄n̄
mūdi eē trīa duo/ 7 iste elidit p̄ sbm̄ de
laudabilis fecit de celū 7 terrā. 7 lucē 7 tenebras.
7 h error ē oībȝ uilior. 7 hunc se c̄dati. nam
p̄m̄ errat solū ī eo aquo. hic errat/ in eo de q
7 qm̄. q ex aliquo 7 ab etno. tertius errat ī eo
de quo. q̄ d fem eē de m̄. nō ex nichilo. 7 ī eo p
qd. s. eē ex qd posuit ad a deo/ ut appar;/ 7 in
qm̄/ q posuit mūm ab etno. 7 ꝑfcāȝ. 7 iste error
ē multo uilior q̄ error ar. q posuit ab etno
mūm fuisse ꝑfcāȝ sua for. Ultimꝰ error mani
cheoꝝ oībȝ ē abhōīabilior q deficit ī p̄mo
p̄n̄/ ī quo phi conuenit concordauit ponēs p̄a duo
p̄n̄a/ ac ꝑ hoc auferēs ordinē 7 decore uniu
si/ 7 bonitate/ 7 di potētiā/ 7 hic errore mt certos
ī humanā malicia. sȝ diabolica astucia credo adin
uenisse. ut se altiū dm̄ eē ꝑsuaderet mentibȝ
ꝑuersoꝝ/ ex dictis ergo pȝ ꝑ quo supponat h nomē p̄n̄.
pōt. n. supponē ꝑ filio. 7 dicit ꝑ p̄re. 7 ē m̄ gendi
fit tal' app̄ciato. pt 7 supponē ꝑ ēēntiā/ ut p̄re
ꝑ p̄ncipio tpis. sȝ nō dicat ī ordinē. sȝ comita
ciā m̄sur adiūgat. s. q celū 7 tra. ī p̄n̄o tpis
ēē ceperunt 7 hic pȝ ī // Jt qr dicit q dicit ar.
posuit eē p̄n̄ duo. 7c. Q̄r distinguit
ista duo distinguit a cor/ 7 tm nō ui ī eē v.
ꝑscrutātī libros phi. q ip̄e n̄ pōit n̄ ista tā.
mām. formā 7 p̄uationē. m p̄n̄ nouē mathā.
7 ille ī phīc. nō ergo ista que pōit magr. re.
dd. q ideo duo distinguit actꝰ. q duo ē ītrīse
ca magis ēā. 7 unū ē extrinsecū. ū a phis ista tā
pōīe Si querat ex pr̄sse tetigit ī hoc de g̃nōne
[illegible] fone. sȝ tac ē qo. q ui nō sufficiet p̄ncipi
ī p̄ncipiās assignasse. īmo si assignauit tā p
ter opatoꝝ. te ergo st. ui. Et dd adh qd
p uato nō differt a for ul' a m̄. sm̄. n. p̄uato
nō ē [illegible] for. cū ei contrariat. siue nō ēt q̄
forme ē [illegible] put ē ī m̄. ī pō. n̄ differt ab hiis
duobȝ. s. m̄. 7 spē. nā appetitꝰ ad m̄m reducat.
n̄ ē ad. 7 eēntia for ad spēȝ s re. 7 h duo p̄n̄
deficiat ī pō/ post mod adiungit tam. opatoꝝ
diuersā reducē ad motorē. p m. viij. 7 hec pȝ
q magr de 7c legit. Jt qr dicit q dicat
ī p̄n̄o tpm cēlle md. si. n. cepit cū pō mobi
li/ 7 illd cepit/ hoc dic. nō ergo ī p̄n̄o tpis. sȝ cū

tercio

ꝑpli.

n̄ dd qd tpr dȝ/ cōssime/ corit/ 7 ꝑe/ consiste de in
s̄a exitus de nō eē in eē. qr dȝ tpr/ m̄sura' libz
mutationis/ maxime illa qui fuit an̄ p̄m mobi
le. Tertio mō dȝ tpr m̄sa. motꝰ p̄i mobilis.
ut dicit/ consueuit distinguiȝ 7 q pō mō dcȝ/ ē ꝑm
ōiuȝ. 7 ī illo conditū ē celum. 7 nō dicat ī p̄n̄o tpis.
Jt qr dicit qd dicat. oīpotētissimi ē nocē nō
posse. q oīs pena affligit 7 ledit. 7 si ledit
nocz. ergo si ds nō pt nocē n̄ pot punire. rō
dd qd sic dupl' ē malū. s. culpe 7 pene. sic 7
dupl' ē nocūmtū. cū ergo dr q nō pt nocē non
ītllr q̄ ad nocūmtū. q facit malū pene. sȝ
q facit malū culpe.

Cū qa n̄ uȝ. 7c. supus egit magr de rez cōne
rez a pte p̄n̄. hic agit a pte finis. 7 ꝑm
reȝ a fine 7 s m illū respcū accipit distinctōez
form. Jd ps ista hȝ tres ꝑticlas. ī p̄a ex opati
one rez ad finē. ostēdit rez distinctōez. Jn s̄a uo
s illā distinctōez assignat diuisā opatōez ad finē
ibi. Jdeoq si quitur qr creat sit hō. 7c. Tertio uo
breuiter epilogat de tata ī ex ex ꝑmissis facies
uiā ad certa seq̄ntia de tractanda ibi. Ex p̄missis ap
paret. s̄a 7 ultīa pte remanētibȝ indiuisis. In me
dia di mitres/ ī prima determīat finē ītllctua
lis sube. ī s̄a finē sbe pure corpal'. ī 7 sic fcs
ē hō ꝑp dm. Jn tcia uo determīat finē q̄ ponita ex
utroqȝ ī q̄ ē tale. ibi. De hoīe qȝ ī septiā. 7c.
7 ibi. pō determīat ultimē. hoc dissoluit distrōne
ibi. solȝ 7 qui ē maioris 7c.

Distinctio ij. ꝑtis ī qua agit de rebȝ ꝑduc
tis ī cōpatōe ad finē s ordinē 7 distinctōez
requirūtur principalit tria. p. de rez distinctōe
sm ē de ordine. tertiū ē de dicta angli 7 aīe creā
ꝑm q̄unt duo. p̄ ē de multitudine rez q ad p̄n̄. s
q ad distinctas s quas distinguit.

Venit ergo pō dīt a d̄o effi debuit ul' potuit
eē rez multitudo 7 q nō/ ui. p sic ꝑ phm — fo d gne
id uniformit se hns/ natū ē effice id. sȝ efficiēs
p̄m/ unū ē oīo/ uniform se hns/ ergo ui q nūq multa
face potuerit. ergo unū sol. Jt a summe bono nūq
possunt eē mala. a summe uo/ nō possunt eē [illegible]. ergo
a summe uno nō possunt eē multa. Jt md' se sibi
lis dȝ assilari m̄do archetipo q ē unitꝰ diuina. ad
illd. n. exēpliciter fcs. sȝ ī illo oīa ē unū. ergo ī hoc
m̄do. ergo ui q ab illo n̄ potuit eē multitudo. Jtē
a deo exitus ē ꝑ g̃nōnē/ ꝑ spiratōez/ ꝑ creatōem.
sȝ ꝑ g̃nōnē nō emanat n̄ una sola ꝑsōa/ 7 sī
milit ꝑ spiratōez/ ergo ꝑ creatōez n̄ egreditur n̄ una
sola creatura. Jtē. quāto sba ꝑducēs ē melior/ ta

to magis sui diffusiva tanto pluribus generativa est commu-
nicativa. Sed primum efficiens est optimum inter omnia, ergo etc. Item
quanto substantia spiritualior tanto plurium est cognitiva. Sed sup-
prema substantia est spiritualissima, ergo multorum est cognitiva. Sed non
est cognitiva multorum precedencium se vel causatorum ergo mul-
torum ab ipsa exeuncium. Item quanto substantia simplicior tan-
to potentior, quia virtus quanto magis unita tanto magis
infinita. Sed quanto potentior tanto in plura potest, ergo si substan-
tia principii est simplicissima, ergo potest et debet ad sui manife-
stationem producere multa cum ipsa sit unita. Item quanto
prior tanto universalior. Unum primum est universalissima et quanto universalior
tanto plurium productivum. Unum primum est plurium productivum, unum illud si sit sim-
pliciter primum debuit, ergo et potuit exire ab ipso multitudo
rerum. Veniendo ad propositum ad intelligentiam notandum est quod si de-
us in huiusmodi quererent unde veniat multitudo materie sicut patet
quod a forma, sed unde veniat multitudo formarum tamquam a primo effectivo
extrinseco, patet quod ab efficiente uno. Sed qualiter possit venire
multitudo a primo summe et perfectissime uno difficile est
intelligere. Et aliqui quia hoc esse ignoraverunt, quidam enim dixerunt
quod quamvis unus esset rex conditor tamen multa et varia facit
per multitudinem formarum ydealium. Sed id implicat esse in po-
sito ut ostendit quod omnes ille unum sunt. Non est in deo sic etc. Alius
numerus quam personarum. Aliqui vero dicere voluerunt quod sic erat
per multitudinem mediorum. Deus enim est sit unus et sic summe intelli-
gens et se intelligendo et non ad producere primam intelligentiam et illa
intelligentia intellexit se et deum et ideo produxit duo scilicet aliam in-
telligentiam et orbem suum et sic descendendo multitudine et ita op-
pinio in libro de causis est reprobata. Ut ostendit quod deus immediate
producit omnia. Et ideo dixerunt quod multitudo rerum exit a primo
unico per multitudinem reflexionum et infinitate reflexio-
num quibus deus intellectus in se ipsum se reflectit et intelligit
se intelligere et sic usque ad infinitum. Sed id non est per quod confirmetur
est, quod in deo sit multitudo reflexionum et deus sit simul
intelligere. Item ex hoc numquam provenirent nisi diversitas formarum
numeralis. Ratio est per recta. Quod multitudo in rebus est a primo uno
quia unum est principium et unum, quia enim est principium simpliciter primo
fecundus et potentius est fecunditate infinita et intensa, scilicet u-
nitas que est primum in genere numerorum principium aque possunt esse di-
infiniti numeri et producuntur aque in infinitum linea est simpliciter prima est
ita potentius quod omnino est immensum per quod in immensitate infinita
prime. Sed propter immensitatem manifestationem multa de suis thesauris
proferendo ostendit. Quia effectus non potest equari virtuti ipsius prime
cause. Quia vero unitate unum ideo simplicissimum et spirituali-
ssimum et perfectissimum, quia simplicissimum magis potens, quia spiritua-
lissimum magis sapiens, quia perfectissimum et bonitatis summe,
quia magis potens multa potest, quia magis sapiens multa novit,
quia summe bonitatis multa vult producere et se communicare,
et ideo a primo uno quia primum unum exivit multitudo. Ad
ergo obiecta quod idem simpliciter se habens etc. Dicendum quod intellectus in hiis

agentibus quorum virtus est arta et limitata. Sed non habet locum in deo.
Ad obiectum quod a bono non sunt mala, dicendum quod non est simile,
quia mala et falsa dicuntur privationes et defectus et ideo non habent
causam efficientem sed deficientem, quale non decet esse deum,
sed multitudo est positio et ideo causam habet effectivam. Ad obiectum de archi-
tecto sensibili modo, dicendum quod ille mutat illum ignotum propter sed deficit
in illo enim est summa plenitudo punctum omnia; hic autem
si esset unitas non esset plenitudo, quia non esset ordo nec
perfectio et ideo ut modus hic mutaretur. Et perfectione et pleni-
tudine oportuit quod haberet multitudinem ut multa faceret, quia
unum per se facere non possit. Ad ultimum obiectum de generatione
et spiratione patet, quia generatur eque generantis per omnia implet et
in unitate ipsius, similiter et spiratio. Sed ideo sic fluxit alterum ponere per. Sed
non sic est in creatura, que est limitate fluxus, ideo quod non potuit capere
causalitatem in se actorum quodam modo in scientia ut sic existen-
tis una perficeretur mundialis machina.

Consequenter queritur de diversis per quas res multiplices sunt quas
magis ponit in hac scilicet substantiam spiritualem et corporalem et ex
utrisque compositam. Queritur ergo utrum hec distinctio debuit esse in
universo et utrum non sit de corporali. Nam sic tactum est omne
quod deus facit facit salva ordinatione. Ergo propter suam bonita-
tem sufficit sed non facit propter bonitatem suam augendam sed participandam.
Sed sola creatura spiritualis dei capax est et eius particeps esse
potest. Ergo solam spiritualem debuit facere non corporalem. Si tu di-
cas quod corporalis est particeps in effectu quamvis non in se ipso, hoc non
est, quia participare bonitatem divinam in effectu non est ad quod esse. Sed
cum ipso quod est participativum effectum bonitatis, ergo id est dicere creaturam
esse factam propter participationem divine bonitatis quod dicere creaturam
esse factam ut sit. Sed hoc nichil est, ergo etc. Item de composita
videtur. Omne enim compositum quod deus facit facit salva proportione,
spiritus enim forma coniungit minime summe proportionalia. Sed creature spiritua-
lis ad corporalem nulla aut valde modica et longinqua est propor-
tio. Ergo nullo modo debet deus hec unire ut perfectione perfectu-
ra. Quod non sit proportio patet. Spiritualis enim est simplex, corporalis habet
partium infinitatem. Item corporale est corruptibile et ita habet duratio-
nem finitam, spirituale autem incorruptibile et ita habet durationem infinitam.
Sed ergo infiniti ad finitum nulla proportio, patet etc. Si tu dicas
quod corpus fuit incorruptibile fuit, debuit cessare unio. Item de
spirituali pure videtur quod deus facit, deus facit salva connexione
naturarum. Sed non generis est intellectuale et connexa differentia. Ergo si crea-
turam et sensibile est connexum rationali. Ergo in ipsa est gradus
fiat huius ratione quam habet vegetativum et sensitivum sicut sim-
sit aliud. Sed aliud est substantia composita ex spirituali et corporali. Ergo etc. Sed
ut dicit philosophus quod vegetativum est in sensitivo sicut trigonum
est in tetragono. Sed hoc est impossibile sic in pentagono. Sed — tetragonum
numquam deus facit tetragonum sine trigono nec pentagonum sine
tetragono et trigono. Ergo etc. Item nichil facit deus nisi
ex magna discretione. Ergo quod melius est non unire. Quod
aut ergo natura spirituali melius est esse separatum aut melius

... ita dicta tollit

q[uestio] 5ª

esse conuenientius quoniam dato alio datur tollitur sed contra. Decu-
it autem diuinam ... res facere ut essent in manifestatione sue potentie. Sed
potentia manifestatur in productione rerum multum distancium. et rerum
conuenientium. nam potentia tanto intelligitur ostenditur quanto plus sit magna
distancia. sed maxima et summa distancia scilicet est inter
corporeum et incorporeum. quia prime differentie gradus scilicet. ergo ad
hoc quod diuina potentia manifestetur plene. necesse fuit substantiam spiritu-
alem et corporalem producere. rursus productas uniri. // Item
decuit deum sic res producere ut manifestaret eius sapientiam.
sed sapientia artificis manifestatur in ordinis perfectione. ordo
autem habet decentiam et summum et medium et in-
fimum. si ergo infimum est non pure corporale summum non pure spirituale
medium compositum ex utroque. si non hoc fecisset non ostenderet
perfectionem diuine sapientie. Oportuit igitur hec omnia fieri. unde Augustinus
xi. confessionum. duo fecisti domine. unum prope te. et aliud prope nihil.
Item decuit deum sic res producere ut manifestaret eius
bonitatem. sed bonitas consistit in diffusione et communicatione sui
in alterum. si ergo summa bonitas consistit in communicatione actus
nobilissimi qui est uiuere et intelligere. decuit ut non tantum
daret alii potentiam uiuendi et intelligendi. sed et potentiam ali-
is communicandi. ergo si uiuens et intelligens est substantia spiritualis.
quod autem uiuificatur per intelligentiam perficiatur est corpus. ergo ad perfectam
~~[bonitatis]~~ bonitatis manifestationem necesse fuit fieri substantiam spiritua-
lem et corporalem. sed hoc non perfecte manifestaret si non una alteri
communicaret. et hoc non potest esse nisi per unionem. ergo necesse fuit
facere compositum ex utroque. Item hoc non solum ratione
theologica. sed et physica. quia si est ponere unam differentiam conu-
enientis et alterius. si ergo corporale et spirituale et si ponere
est extrema composita ergo et medium. ergo et cetera. Ratio autem
quod ad perfectionem uniuersi sit triplex genus requiritur. et hoc
propter triplicem perfectionem uniuersi quam attendit in ampli-
tudine ambitus sufficientia ordinis et influentia bonitatis quam tri-
bus rebus exprimit in tam triplicem perfectionem scilicet potentie
sapientie et bonitatis unum conuenientes sunt res in ducere ad hoc.
Ad opposita. quod obicitur quod in operibus saluanda est
ordinatio ut omnia fiant propter diuinam bonitatem parti-
cipandam. dicendum quod fieri propter diuinam bonitatem est duplex. aut ostendendam
et sic facta sunt cetera. omnia enim exprimunt diuinam
bonitatem. aut participandam. et hoc duplex. aut quia sunt
nata participare. aut quia deseruiunt participantibus ~~et hoc duplex~~.
primo modo conditi sunt creature spirituales. secundo modo corporales.
[...] tamen aliquo modo participant. sed earum participationis status
non est sed ordinatur ad ulteriorem. Quod obicitur quod in omni
conuenientie debet esse salua proportio. dicendum quod in coniunctione
anime ad corpus salua est proportio et absolute et in relatione
ad finem ~~ad finem~~. absolute. nam quamuis summum in
spiritu et infimum corporis multam habeant elongationem tamen supremum
in corporibus et infimum spiritus summa uicinitate. spiritus enim anima-
lis siue rationalis habet potentiam uiuificandi secundum uegetatiuam

et potentiam sensificandi. corpus autem humanum habet comple-
xionis equalitatem. habet organorum multitudinem habet rursus
spirituum subtilitatem et secundum triplicem differentiam. habet enim spiritum uita-
lem. spiritum naturalem. spiritum animalem. comparando ergo complexionem
equalem ad uiuificationem per medium. et in alium
spiritus uitalis optimus est nexus. similiter comparando non solum
complexionis equalitate. sed et organi et organis perfectio-
ne ad uim uegetandi et sentiendi mediante spiritu naturali. et
animali optima est proportio. et mirabilis nexus unde sicut terra
et ignis que multum distant iunguntur duplici me-
dio uno quod magis conuenit cum terra et reliquo quod magis
cum igne. similiter est in proposito. attenditur et perfecta proportio
in relatione ad finem. cum enim anime humane data sit li-
bertas arbitrii uertibilis et reuertibilis. id est potens stare
et cadere. et resurgere. datum est ei corpus potens mori et
potens non mori. et deinde potens in sempiternum
uiuificari. Item rursus cum anima data sit uelud tabula
rasa datum est corpus habens organa multiplicia. ut
illo possit perficere scientias. similiter ex parte corporis opti-
ma proportio in relatione ad finem. cum enim ordo sit in for-
mis corporalibus quod patet quia forma elementi ad formam mixti et
forma mixtionis ad formam complexionis. et rursus uel
ad sensibilem. et non sit status in intra corporalia et in perfectum non
est status ibi. sed ultimo disponunt formas ad
animam rationalem per quam et corpus et non corporale efficitur parti-
ceps eterne beatitudinis. aut ergo omnis inclinatio non
corporis soluitur. aut necesse est peruenire mediante anima
rationali in ultimum finem. Quod obicitur quod in opere dei debet sal-
uari intentio colligationis. dicendum quod uerum est. sed sensibile et ue-
getabile non sunt de necessitate rationalis ... quod est rationalem per
unionem. anima enim ut prius tactum est cum sit spiritus sim-
plex et purus non potest uniri carni nisi duplici
medio ex parte sui. similiter nec corpus complexio naturalis.
ratio necesse est quod intuetur naturam uiuificandi sui ue-
getandi. et non ultimus sentiendi et ideo in omni homine hec ca-
dunt. sed quia anima est spiritus purus ideo istis non indiget.
patet ergo quod contra ueritatem errauerunt saducei qui
negant esse spiritum patet nihilominus quod errant manichei qui
dicunt animam uniri corpori non ut perfectibili sed ut car-
ceri. Quod obicitur ultimo quod deus dat unicuique
quod melius est. dicendum quod deus non dat unicuique quod simpli-
citer melius est quia tunc non faceret res ordinatas. sed equaliter
perfectas. et hoc repugnaret perfectioni quia si essent
equalia non essent omnia ut dicit Augustinus. cum ergo dicitur
quod deus dat unicuique quod sibi melius est. hoc intelligitur secundum exigen-
tiam ordinis et nature. nature autem anime competit uni-
ri corpori. nec autem angelice separatum esse a corpore et ideo illa ratio
non ualet. quia dilectio dei non excludit ordinem.
Consequenter hoc loco querendum de tribus productis questionibus

prima

q[uestio] 2ª

et tres exprimunt triplicem perfectionem ut in ... argumento

secunda

ad ordinem. et cum hoc querit duo. primo est de ordine rerum in comparatione ad finem. secundo est de ordine earum quantum ad invicem.

Circa primum sic. cum omnis creatura condita sit propter divinam gloriam et utilitatem propriam. sic dicit magister et accipitur potest ex scriptura. et augustinus dicit in i libro de doctrina christiana quod deus nos fecit et diligit non propter utilitatem suam. sed propter bonitatem suam et utilitatem nostram. queritur ergo quis sit finis principalior conditionis rerum utrum divina gloria vel utilitas nostra. et quod gloria dei videtur. ille est finis principalior qui est ultimior. finis est non ultimus potissimus. sed ultimior finis est dei gloria quam utilitas nostra. nam non gloria dei propter utilitatem. sed utilitas ad gloriam ordinatur. ergo videtur quod gloria principalior. Item ille est finis principalior qui est perfectior. sed gloria dei est perfectior. ergo etc. probatio medie. perfectior finis est qui perfectiorem reddit operatorem ordinatum ad ipsam. sed multo melius est opus quod quis facit propter gloriam dei quam propter utilitatem suam. unde apostolus i cor. omnia in gloriam dei facite. ergo etc. Item ille finis est principalior qui est communior. sed gloria dei est communior. unicuique enim condite magis est realis quam utilitas sua. nam res propter malum potest privari sua utilitate. sed non potest [illegible] quin sit ad dei gloriam. Item ille finis principalior qui est ultimior propter hoc quod principalis finis totum complet. sed gloria dei est finis quem assequitur omnis natura sive humana sive angelica. sive bona sive mala. ergo etc.

Contra. ille est finis principalior rei condite quem efficiens magis intendit. sed deus magis intendit in conditione creature eius utilitatem quam gloriam suam. ergo etc. probatio medie sic dicit apostolus i cor. xiii. caritas non querit que sua sunt. sed que aliorum. sed deus que agit facit ex perfectissima caritate. ergo non querit nec intendit quod suum est. ergo non suam gloriam. sed utilitatem alienam. Item ille finis est principalior conditionis rei ad quem efficiens non perveniret nisi per effectum. hoc patet. quia si eque bene defenderet a pluvia absque domo sicut cum domo. si faceret domum propter talem defensionem faceret frustra. sed ergo deus non est magis gloriosus post conditionem rerum quam ante. si facit res principaliter propter gloriam suam frustra fecit. sed propter utilitatem alienam. Item ille finis principalior est quem efficiens magis perficit cum ad ipsum pervenit. sed dei fruitio magis perficit animam quam dei laudatio. ergo principalius facta est anima propter fruitionem quam propter dei gloriam et laudem. Respondeo dicendum quod finis conditionis rei sive rerum conditarum principalior est dei gloria sive bonitas. quam creature utilitas. sicut proverbiorum xvi. dicitur universa propter semetipsum operatus est dominus. sed non propter suam utilitatem. vel indigentiam. quia propheta dixit ad dominum. deus meus es tu. quoniam bonorum meorum non eges. nec propter sui gloriam non in se propter gloriam augendam. sed propter gloriam manifestandam. et propter gloriam suam communicandam. In eius manifestatione et perfectione attenditur summa utilitas creature. videlicet eius glorificatio sive beatificatio. Ad primo ergo obiectum quod caritas alienum commodum querit. dicendum quod secus est in nobis et in deo. nam in nobis bonum proprium non differt a bono [illegible]. sed in deo bonum proprium est bonum [illegible]. nam ipse est bonum omnis boni. Si ergo effectum non ordinaret ad se vel non faceret propter se. cum ipse sit bonum a quo omne bonum. iam effectus non esset bonus. quoniam ergo utilitas creature tota attenditur in ordinatione ad bonum quod deus est. ideo cum deus rectissime omnia fecit et convertit ad se. non sic est in nobis.

Cum queritur utrum novarum formarum inductio possit esse a spiritu maligno, videtur sic videri per auctoritatem sacre scripture. exodi vij. dicit fecerunt autem malefici similiter. sed constat quod virga moysi conversa fuit in draconem. alioquin non esset verum miraculum. si ergo malefici similiter fecerunt et hoc non nisi virtute demonum. ergo demones veros serpentes de virgis facere possunt. ergo et novas formas inducere. Item in glosa super idem. demones discurrunt per mundum et subito semina afferunt sicut novarum rerum species producuntur. ex hoc patet quod specierum formarum inductio sit a spiritu maligno. Item maior est potestas demonum quam demonum hominum particularium. sed homines mediante arte alchimie diversorum metallorum species faciunt. ergo multo fortius hoc demones possunt. Item quod subiacet potentie inferioris subiacet potentie superioris. sed potentia demonum potentie superior est potestate rerum naturalium. quia dicit iob. xl. non est potestas super terram que ei possit comparari. si ergo natura inferior novas species producere et inducere potest, ergo et potentia demonum. Item formarum seminales rationes latent in materia ut habet illud ex predicatum est supra. et ad hoc quod fiat in actu non indigent nisi extrinseco adiutorio. si ergo dyabolus scit modum educendi et potest hoc adiuvando, ergo novas formas potest inducere. Item ordo universi est ut superiora potentia influant in inferiora. sic patet quod celestia influunt in inferiora. sed spiritualia sunt multo superiora quam corporalia quam corporalia. ergo si corporale agit per influentiam corporale quod sua influentia et virtute et tactu educat formam de potentia in actum sicut patet cum in actione eorum quam corporum celestium. ergo multo fortius potest hoc spiritus sive bonus sive malus. Contra exodi vij. absorbuit virga moysi virgas magorum. quod exponens augustinus ait in glosa. virga absorbuit virgas non dracones. absorbere enim potuit quod erant non quod non erant. ergo virge que videbantur esse in dracones erant virge non vere serpentes. si ergo demones tunc operati sunt ita excellenter ut potuerunt, videtur quod species rerum non possunt vere transmutare aut educere. Item ij. thessalonicenses ij. dicit quod manifestatio antichristi erit in signis et prodigiis mendacibus secundum operationem sathane. si ergo mendacia erunt prodigia et signa, ergo non vere faciet quod videbitur facere. sed tunc maxime operabitur dyabolus secundum posse suum. ergo non potest veras formas inducere. Item super illud immissiones per angelos malos glosa augustini. ea que mutabiliter temporaliter fiunt attribuere malis angelis non audemus. sed subito de virgis facere veros serpentes est miraculum quia contra solitum cursum nature. ergo hoc non potest malus angelus. Item ratione videtur. hoc ipsum sic omne quod dat alteri speciem et actum est ens actu sicut ei quod dat. hoc probat philosophus. et dicitur in vij. prime philosophie. nemo enim dat quod non habet. sed angelus malus nec genere nec specie convenit cum istis rebus corporalibus. ergo non potest ei formas et species dare. Item in productione sui in transmutatione rerum naturalium angelus operatur aut ergo illud aut artificialiter. constat cum non sit vis insita rebus similia ex similibus procreans. tunc faceret angelus sicut artificialiter. sed quod est ab operante artificialiter est artificiatum. ergo forme quas inducit sunt artificiales. sed asinus artificialis non est asinus vere sed equivoce et similiter manus et similia. ergo numquam inducit veras formas. Item si inducit veras formas, ergo facit vera miracula. ergo miracula non

acceptant diuine potestatis. Et non sunt simpliciter fidei uana.
Si dicatur quod differunt ab istis, queritur quomodo differant
et quomodo hoc possit discerni. Responsio. Ad predictorum intelli-
gentiam notandum est quod cum queritur utrum demon possit
inducere formas ueras aut transmutare de forma
in formam, non est questio de formis artificialibus, quia planum est quod potest
facere ymagines et figuras sicut homo, sed de formis naturalibus, ut-
rum scilicet possit unum serpentem et consimilia producere et sic
de aliis. Ad hanc autem questionem respondendum est quod productio-
nem, quando dicitur demon formam inducere, dupliciter potest intel-
ligi: aut quod uirtute propria, aut quod uirtute aliena.
Si intelligatur quod intelligatur ducere uirtute propria, sic
absque dubio falsum est et heresis dicere. Autem si intelligatur
quod uirtute aliena, scilicet per uirtutem rerum naturalium quas con-
iungit ad inuicem, sic potest. Sicut est exemplum in agricola qui
segetes mediante semine iacto facit et certa germi-
nare terraque irrigante fructificare facit. Et hoc est uirtute
aliena. Virtute autem propria generat sibi similem, et ideo hic
est forma naturalis non producitur nisi a generatore naturali. Vel
aliter: condita operante per modum nature, et ideo istas naturales
uirtutes in condita producit. Sed operatio magistralis operatur
artifex. Et ideo non potest expedite adiuuare.
Sed uirtute naturali non potest producere. Dicendum ergo quod maligni spiritus
possunt formas artificiales inducere per uirtutem propriam, et formas
naturales per uirtutem alienam, per propriam autem non possunt.
Et ideo hoc est quod operantur per modum artis in hoc, et non per modum
nature. Quod sicut natura non producit formam artificialem,
sic nec ars formam naturalem. Si queratur ideo hoc, dico quod
est limitatio potentie agentis ad tale et tale effectum
per dispositionem diuinam et parata ordinatione causarum. Rursus
si queras rationem quare sic deus disposuit, dico quod ordo
sapientie hoc requirit. Cum enim sit triplex agens, scilicet diuinum
et [illegible], ista sunt agentia ordinata ita quod primum
presupponit [illegible], et sequens presupponit actionem precedentis. Opi-
fex ex nichilo simpliciter; natura non facit ex nichilo, sed ex existente ipso. Et ars
supponit operationem nature et operatur super ens completum.
Non enim facit lapides, sed domum de lapidibus. Consimiliter
natura non potest anticipare operationem diuinam, que est de nichilo producere;
sic nec ars operationem nature. Contra, si queras quare non est contra
ars procedat naturam. Dicendum quod operatio nature presupponitur
[illegible] operatio artis. Et preterea alia ratio est, quia agens per naturam
producit sibi simile secundum ueritatem, sed agens per artem simile
solum secundum speciem uel ideam uel exemplar. Quia ergo in produc-
tione rei illius sunt formaliter agens [illegible] imprimit passo,
et nichil imprimit ad id respectu eius quod est in actu secundum
ueritatem, ideo formas illas de potentia in actum educere non potest
nisi quod agit per modum nature. In artificialibus autem nichil
imprimit agens passo, sed aufert uel mutat secundum locum,
sicut patet in formis compositis et figura incisionis. Et hic est

quod agens per artem non per uirtutem propriam formas naturales produ-
cere, nisi ille solus qui est actus plenus et perfectus in omni-
bus in cognoscendo et operando, scilicet solus deus. Et dicamus
et breuius quod has formas de quibus loquimur demones
possunt uere transmutare, non tamen uirtute sua, sed ut (?)
tamen sunt ministri, non principales agentes. Quia si essent princi-
pales agentes, cum non producunt per generationem, oporteret quod
producerent sicut creatores, et ita essent creatores, quod Augustinus ne-
gat expresse. Vnde tres rationes [illegible] concludunt, quia
non probant quod faciant uirtute sua, sed uirtute seminum et con-
ductorum. Ad primum uero quod obicitur quod uirtute propria quod
est excellentior, dicendum quod illa propositio non habet ueritatem
nisi in uirtute que per eundem modum est et superior. Vel
si in alius habet locum [illegible] intellectus [illegible]
[illegible] habet ordinari, aliter patet exemplum: homo enim potentior
est asino, non tamen potest generare asinum sicut asinus
facit, quia uirtus eius non est ad hoc. Sed intellectus (?)
propositio. Ad secundum quod obicitur quod formas sunt in seminariis,
dicendum quod illa ratio seminalis ualde remota est ab actu
completo, nec potest ad actum reduci nisi multa ad
minicula habeat ex quorum influentia sequenter (?) sic
generante perficiatur quousque ad actum perueniat. Ta-
lis non est influentia spiritus propter disconuenientiam in forma et natura.
Influere enim potest ad motum localem et regimen, non ad
generationem. Ad tertium quod obicitur quod spiritualia influant in
corporalia et superiora in inferiora, dicendum quod influunt
secundum proportionem uniuscuiusque ad aliud, et quod competit naturaliter suscipientis.
Aliter enim influit sol, aliter angelus. Sol potest
influere corporale perpetuitate conueniendo, scilicet lucem et calo-
rem. Angelus non sic potest influere in corporalia, sed solum
localiter mutando, non ad formam sed ad situm,
cum non habeat conuenientiam in forma et natura. Ad quartum quod obicitur
quod nichil ne faciunt (?) secundum purgationes magorum, dicendum quod
ueritas est quod glossa uidetur sibi obuiare idem.
Veruntamen magis sonat quod ueros serpentes fecerunt
et denominat ibi serpentes a materia preexistente.
Sic serpentem Moysi uocant uirgam, sed uerus erat ser-
pens. Sic et de aliis intelligendum. Ad quintum quod obicitur quod
Antichristus faciet signa mendacia, dicendum quod id intelligendum
quia non faciet aliqua sicut uacua secundum transmutationem formarum,
sed non erunt uacua secundum [illegible] ad finem suum ad in-
tentionem, quia ad hoc faciet ut mendacium et falsum persuadeat. Ad sextum quod obicitur de Christo (?). Augustinus. Dicendum quod
Augustinus non negat quin aliquid possit demonibus attri-
bui, sed quod non omnia sunt eis tribuenda, immo quedam
tribuuntur bonis angelis. Ad duas sequentes
rationes non oportet respondere. Vtraque enim concludunt, scilicet quod an-
gelus propria uirtute non per formas naturales transmutare suum
educere uel inducere de potentia in actum. Ad primum quod

Quod dicendum etiam quedam sunt que formam ueritatis artificialis, ut domus templum uel statua uel huiusmodi, et hos omnes facere demon
melius quam homo artificium. Quedam sunt que formam naturalem, ut homo quedam sunt que producuntur ex creatione,
et in hos non potest demon, quia in genere commixtionum elementorum addita aliquid uel influet ab anima generalis,
et demon non potest influere. Quedam ex putrefactione, ut uermes, et quedam serpentes et huiusmodi,
qui generis alia agunt operari uel aministrando, sicut facit agricola in productione segetum,
uel complendo, sicut operatur sol uel natura. Primo modo potest operari demon in productione aliquorum effectuum
naturalium, non secundo.

uel eius qui consulit educit. sive educit. Ad hoc fac
miracula. ergo miracula sunt signa fallacia. ergo non sunt
efficacia nostre fidei testimonia. Dicendum ad hoc quod et si sint
vera opera, non tamen sunt vera miracula. quoniam miracula
non sunt per virtutem nature. sed per virtutem supra naturam. que est agere
tis preter et supra facultatem nature. et non attestant
omni potentia factis. sed opera que faciunt demones etsi
miracula videantur, quia fiunt in tempore non perceptibili, non
tamen sunt vera miracula. quia fiunt virtute nature. Et si tu
obicias, quod non nisi per tempora cito operari. dicendum quod veritatem est
de hac non possunt. sed talia possunt esse adiuta et festinata
rebus concurrentibus, ut qui repente privat [illegible]
sicut patet de ranis magorum, que decisis [illegible] foliis in modi
co tempore nasci contingit. Si autem queras quo differ
nant hec miracula. dicendum quod et si conveniunt in mundi differunt
tamen ex parte principalis agentis, nam in miraculis divinis
operatur agens potentie infinite. et supra naturam. in miraculis
demonum operatur virtus nature, in multis adiuta per eos,
aliasque ex parte finis. nam miracula fiunt propter publi
cam iustitiam et veritatem, vel propter apparentiam. sed miracu
la demonum fiunt propter privatos contractus, unde ar
chana, et hoc est quod dicit Augustinus. quod boni faciunt miracula propter
publicam iustitiam. hoc est propter fidem veram, que iustifi
cat, quod veritas omnibus predicatur, mali vero propter sig
publice iustitie. quia fidem habent et videntur habere
opera. sed magi propter privatos contractus. et hoc est quod dicit ter
tio. per incantationes. et archana quedam. hoc si
gnum est quod ibi sunt tenebrarum opera. quia qui male
agit odit lucem. Ex parte finis similiter differunt.
quia miracula dei fiunt ad utilitatem et divinam gloriam.
sed magorum ad deceptionem et ad gloriam vanam.
et excellentia unde sunt quasi inutilia. et differe
runt etiam ex parte facti, quia demones faciunt hec vilia
et inutilia. miracula vero divina valde et necessaria et
utilia. unde demones magorum faciunt ranas et serpen
tes. quia hec de facili producuntur operatione nature. et quia
divino iudicio magis permittuntur, ad penas faci
mendo. unde sic deus operat per eum et astutia dyaboli.
ut sic paciatur eum per vires imitari. ut in ipsa
imitatione possit seducere malos iuxta eorum meri
ta mala. possit et deprehendi a bonis. et ut fides
similiter cum miraculis compulsus habeat locum. Si non
solus deus et servi sui miracula facerent, qui non cre
didisset in dominum miraculis compulsus. nunc autem et ma
gi faciunt et boni faciunt, sed divinis illudunt. ut in
ter hec possit discernere per vera miracula adiuva
tur. et propter demonum miracula exercent et probant.
Circa quod queritur utrum aliquis possit uti ministerio demo
num in faciendis hiis miraculis absque peccato. ergo
non recipi et quando ut. non per a demonibus recepi consilium
absque peccato. ergo non recipi ministerium sui consilium. Et hoc
probat auctoritate et exemplo. auctoritate, quia Leviticus xx. precipitur
occidi qui sciscitatur magos et ariolos. exemplo probat,
iiii Regum i. ubi reprehenditur et punitur rex Israel
qui misit ad consulendum deum Accaron. Item Augustinus de
doctrina christiana dicit divinationes esse dampnandas et fugiendas.
quia in initio sunt pacta demonum. sed ergo plus est
facere quam dicere. et hoc non est sine pactis dampnabilibus.
ergo non fieri. Item dyabolus est dolosus. et contrat. ubi
quod nullum diligit nisi in malum suum. et ut ipsum pu
niat. ergo si suscepit aliquod obsequium, committit se di
tioni eius. et hoc talis peccat mortaliter. ergo etc. Item
dyabolus est inimicus christi et dei. ergo qui suscepit ab
eo auxilium vel facit communicationem, cum nulla sit conventio
christi ad belial. efficitur christi inimicus. sed nemo potest esse sine
peccato. ergo etc. Contra hoc videtur auctoritate apostoli. tradebat
in interitum sathane interitum carnis sicut patet i. corinthiorum
v. ergo utebatur ministerio demonum ad implendam iustitiam.
ergo pari ratione potest homo quando indiget uti ad alia ob
sequia. Item si indigeo et aliunde non habeo tamen a bono
sed a apparatore et usurario possum accipere et petere. ergo
si indigeo pane et mino, possum hec petere a demone
ut parare et si non ad eundem qui statim tribuat. Item
a malo suo pro quo exigit pensionem et recipit. ergo si
quis sanctus dyabolum superavit, per hoc licite imperare et eius
obsequium in necessitatibus consimilibus accipere. Item
esto quod hee artes solis caracteribus exerceant, sine
immolationibus et aliis consimilibus. videtur quod ibi nullum sit
peccatum. quia illi caracteres aut habent aliquam virtutem
compellendi demones. aut nullam. Si nullam. ergo de
mones nichil faciunt. Si aliquam. sed omnis virtus
est a deo, et uti aliquo ad id ad quod est non est
peccatum. ergo videtur quod miracula ista demonum
possunt exerceri absque peccato. Item si aliquis susci
piat obsequium demonis in hiis que expediunt
sibi, sicut in miraculis sive in aliis, bene sciens quod
potest, in quo peccat. videtur quod in nullo. quia in fide non
peccat. quia nichil credit divinitatis esse in dyabolo. in mori
bus non peccat. ergo nullo modo ut videtur. Item si ego ami
sisse librum meum non est peccatum si requirere a quodam
qui sciret ubi esset. ergo si aliquis amisit cappam. et ego scio
bene quod dyabolus potest nosse ubi sit, quod ipse liceat sine peccato
possit. Circa quod ergo utrum hee artes vel divinationes pos
sint absque peccato. Dicendum quod hee artes magice et
divinationes non possunt esse sine peccato. nec potest a dyabolo
in quo consilium vel auxilium suum ministerium absque peccato.
non fortis in hac causa quando dyabolus subiicit homini
to suo iudicio et sic de aliquibus viris sanctis audiuis

narrari. voluntario a coniuncto non potest sic peccato. aut
enim est in peccatis infidelitatis. ut patet si demoni deitatem
attribueretur. dinu ad. aut est ibi peccatum ydolatrie
ut patet in oblationibus et sacrificiis. aut in observationibus
saltem. quia fiunt contra prohibitionem divinam et ecclesie. et non autem
hoc prohibitum est. quia talis peccat in se ipsum. dum se committit
dicenti. peccat in creatorem. dum habet commercium. cum illo
qui est odio perfectus creatoris adversarius. peccat et in
maiestatem divinam. dum recurrit ad dyabolum. quasi non
sit omnipotens et solo sufficiens. et tangitur contra xanorum.
et ideo prohibitum est. et sic peccato sed non patet. utrumque est
rationes adhuc inducte. ad illud quod obicitur quod pau
lus utebatur ministerio dyaboli in puniendo malos. dici
potest. quod hoc non erat dyaboli coniunctio. sed magis divino
iudicio et ipsius apostoli imperio. cui subiciebantur
spiritus maligni. non confederabantur. sicut magi et
divini. vel dicendum quod id tunc non erat a dyabolo coniunctione sed expo
nere vexatorum demonum. ad id quod obicitur de ecclesia
quod possit accipere ab ipso. dicendum quod non est simile. duplici
ex causa. primo quidem quia etsi membrum non sit actualiter
unitum. non tamen est membrum odio perfectus sicut demonium.
et possunt recipi et expendi ex causa pietatis officia.
non sic est de dyabolo et angelis eius. quorum certa est dap
natio. amplius ecclesia quando habet ipsius corporis necessita
tis est utilitas iusta. quia utrum ut iustus cum exigit ea
et recipit. quod suum est accipit. et ideo iuste facit. non
sic est de ministerio dyaboli in faciendis miraculis. nunc
quia enim dyaboli magis tenentur ut predictis indigemus.
quia aut deus ibi venit per se vel per angelum suum. aut
per proximum nostrum. aut tribuit paciem nostram. ad
illud quod obicitur quod dyabolus est proximus. quod dicendum quod ei proxima
nun et invitus non est adhuc deputatus a deo. nec
fiat spiritualis praevaricatio. sed potius deputatus est ad tempus
exercendum. et sic peccatum. sed intendat expugnare. quia
de malo suo deus facit bonum nostrum. ad id quod obicitur
quod peccatum sit in caracteribus. dicendum quod magnum peccatum est.
quia adhuc fiunt. scilicet ad invitandum demonem implorandum.
quod hoc sit. et ideo malo fine fit. quod autem queritur. aut habent
virtutem. aut non. dicendum quod ex se non habent vir
tutem. sed solum ex dyaboli pactione. sic enim perpigit dy
abolus cum illis qui fiunt ei familiariores. quod talia signa
recognoscerent. et ad talia se presentem offerret.
dicitur autem per illa se cogi. ut ostendat ad utilitatem
esse in huiusmodi caracteribus. in quibus sunt mysteria nephanda. per que
abducatur homo a fide et a cultu dei. dominum nullo modo
credendum quod tales caracteres aliquid possint. maxime per
se. nisi ex pactione eorum. et ideo omnia talia carmina va
na sunt et periculosa. nisi faciat dyabolus. quia in illis delec
tetur. sed in infidelitate faciencium. ad id quod quesitum

quo est peccatum. dicendum quod si aliquis hoc faciat non credens
eos habere posse. nec offerens congaudium. peccat peccato
inobediencie et peccato morum. quia ex hac ipsa invocatione
demonum facit contumeliam deo suo et facto. tercium
christiano et dominum vigiat se sarracenico et iudaico et se
periculo committit. huius autem numquam ex hoc solo dyabolus
satisfacit. nisi aliqua infidelitas vel ydolatria immiscea
atur. sicut enim ad divina miracula plurimum facit
fides et ut sanat evangelia. sic ad demonum
miracula facit multum fides perversa. quoniam dyabolus per
versus imitator est dei. ad id quod queritur quod peccatum sit
querere de presentibus. dicendum quod peccatum est. quia contra prohibitionem.
et prohibitum est de pedibus deum. potissima tamen causa
est quia ipse mendax est. et pater eius. et ex quo talis sibi
veris immiscet falsa. et ideo periculum magnum est credere
sibi. quia possunt hominem de facili inducere in errorem.
et dicere quod ille habet eum quod non habet. et videtur per hoc posse
omnia mala. et quia ad se alliciat per huiusmodi revela
tiones ad suam societatem. que periculosa est valde.
et quam desiderat dyabolus ut decipiat. et ideo ut homines
minus caveant. in suis divinatoribus. quedam
honesta pretendit. ut patet quia primo virginis
suas divinationes ostendit. cum tamen in occultis ad
turpissima incitet. et ideo dicit augustinus. iii. super genesim.
ad litteram. in fine sermone xano super matheum. sic quedam in
pie divinantes. maxime via dicentes cavendi ser
ne consorcio demonorum. aut decepta pacto
quodam societatis irretiat. et sic patet totum.
[ ] Post ista sunt dubitationes circa litteram. et primo de illa
divisione quam ponit ysidorus. in tercia membra eum dicit. quod
demones triplici scientie acumine vigent. scilicet in
diuinitate temporis. quia augustinus super genesim. ii. iiii. mo
dos ponit. quos et magister adducit in littera. item
videtur superflua prima. non ponit nisi duos modos. dicit enim
quod omne quod quis novit. didicit vel inveniendo no
vit. dicendum quod divisio ysidori sufficiens est et congo
tia ubi augustinus sufficiens autem patet sic. omne enim quod de
mones sciunt. aut sciunt cognitione innata et naturali et
dicitur scire acumine subtilis. aut cognitione acquisita. sed
cognitio acquisita potest esse per duplex. aut de rebus
que sub sunt sibi. et hoc per experienciam addiscitur. aut
de rebus que sunt supra. et sic est per revelationem superi
orum spirituum. ad id quod obicitur de augustino. dicendum quod duo modi
reducuntur ad unum. et ita in augustino magister assignat modos
predictos scilicet cognoscendi. prima autem tres de cognitione
acquisita. vel si generaliter de dicendi. tunc sub ingenio
comprehendit quod acumen et experienciam temporum. item
queritur de hoc quod dicitur. quod demones aliqua cognos
cunt a sanctis angelis quod ab occupatis deo discant in illu

ei sibi reuelantibus. q. demones sunt inimici
dei et angelorum. si ergo eis ab inimicis abscondenda
sunt secreta consilia. ergo ui. quod deus eis numquam reue
lari faciat. Item ipsi sunt in tenebris dampna
ergo cum non sit pro eo ratione ad gratiam et reuelatio sit eo
gratia et crescit non nec. ui. quod nullo modo fiat ipsis
demonibus. Respondeo dicendum. quod demonibus per uerbum hominis est
quod dicit ysidorus et augustinus quod aliqua presciunt reuela
tione supernorum spirituum et reuelationis attende
dus est finis. quia miraculis sapientiam prenunciantibus sibi
deus est finis. quia uniuersaliter reuelatio sepius de
implet uoluntatem suam. unde sic reuelatio sepius
exaltationem ioseph fratribus insidiantibus per mirabilem
dei dispositionem fecit ad eius impletionem. sed per inimicitias
illorum et ad perdicionem. sic deus aliquid ostendit per
illorum et ad perdicionem. ut dum illi obuiant ad
angelos suos demonibus. ut dum illi obuiant ad
ualde decretis et potens ordinatissime impleat
et eliceat. et ex hoc patet prima. quia non est sic. humanum
enim consilium potest uitari. non tamen diuinum — Atten
dendum est et modus. duplex enim modus fit reuelatio.
aliquando mentis illustratione sicut fiebat sanctis prophetis.
et hec est gratie. aliquando uero sola predictione. sic enim reu
elat aliquando uoluntatem suam. et hec non est gratie aliquo
modo perficientis uel eleuantis mentem set potest esse opus
mne. si id ordinetur ad bonum eius. cui predicatur et
uel uitiis. si ordinetur ad punitionem alicuius mali.
ut potest si ad fallendum fallaces uel utrisque
si sit aduersisque. et hoc est quod quia hii futura predi
cunt demonibus. et permittuntur miracula facere
alicuius ut uolunt talia perpendat sicut quibusdam re u
dent adaptatis et missis superari et mali et
fallaces perficiant impios errantes et et ero
re mittentes occulto dei iudicio. tamen iudicio iu
sto. unde ualde stultum est desiderare facere mira
uel prestare futura. et si magna sit repugnantia
cum inimicos dei in hiis uidemus habundare.
Item queritur de hoc quod dicit quod angeli non sunt creatores
quia non operantur exterius. sed q. hoc non uidetur. quia
si solus creator operatur interius. tunc ergo non nil
producit. Item creare est producere de nichilo. sed si
demon per potentiam naturae extrahet semen de potentia in actum
non de nichilo facit. ergo non est creator. Respondeo
dicendum quod quedam est uirtus. que productiua rei
solum operatur exterius. quedam que preter operatur
atur interius. quedam preter interius preter exterius sim
tus artificis solum exterius operatur artificio sim
ingenio et applicatio unam naturam cum alia. uirtus dei
operatur perfecte interius. quia ipsa primordia seminia
que sunt intima producit. Virtus uero que preter interius
preter exterius est ita ut nec. que exterius est et omnium sera

lium. sed interius est producendo ex ipsis. n. n. dum
operatur immittit uirtutem suam usque ad seminia pas
sis et ulla immissione ipsam scientiam forte que erat
in potentia impleta non producit. sed producta a deo sup
ponit ipsam tamen ad summum ad actum perfectum adducit.
solus ergo ille presentiales illas rationes facere que presunt.
quam ipse non sunt exalius. sed ex nichilo et ex ipsis fiunt
omnia que inde producuntur. ergo non potest esse creator filius.
non agricola segetum. quia licet patet operetur interius. sicut
n. tamen operatur exterius et creatorem ad creaturam quo non
ex nichilo. sed non operatur a deo. interius sic agricola.
operatio uel demonum magis est similis operationi agricole
quam patrie. Item queritur de hoc quod dicit. sic mittere nisi
non potest formare nisi deus. et cetera. si ergo homo minus constituit sic
gratia est a deo. nullo modo a nobis. uel potest creari. ui. quod
similiter omnes alia forma sit a solo deo. ergo agens creatum
nullam formam inducit. Respondeo dicendum. quod probat aliam
de subtiliter loquitur et uidetur sicut sub una eius sancte
intellat. uult ergo dicere quod sic mittere naturam ingredientem
formare non potest nisi deus. quia gratia non est ex alia sed
prius ex nichilo sicut formam seminales rationes sicut
formarum primas essentias. solus deus potest producere illas.
nec. aut necesse est esse ex nichilo. aut infinitam abstra
n. non ergo intelligitur autem quo ad eductionem forme de
potentia in actum quod uocat actionem quidam minores.
sed potest quo ad productionem illius seminalis rationis que
est essentia rei aliter se habens cum est in potentia et in actu.
Item queritur de hoc quod dicit. quod demones quedam possunt
per naturae subtilitatem que non possunt per dei prohibitionem.
q. hoc est quod deus sic dedit uirtutes rebus et sic eas ad
ministrat causas ut eas agere proprios motus sinat.
sic dicit augustinus vij. de ciuitate dei. unde potentie uoluntates
non cohibet. sed sinit prout uolunt exercere. ergo pari
ratione nec demones angelorum potentiam cohibere. Respondeo dicendum quod
deus uoluntates non cohibet per legem libertatis quam eis
statuit sed iusto iudicio de malo in ipsis ruent
permittit. sed uirtutem restringit iudicio et iusticia.
quia operatio potest ut frequenter in hiis que possunt abutitur
est ad aliorum afflictionem et punitionem. cum ergo omnis
pena deus est iusta. si hiis potentiam in se affligit et
uult affligere. deus potest compescere non nec est quam agunt.
sed necesse est quam patitur si altissima dei iudicia adire
circuit. Ad ergo obiectum quod res agere proprios motus fi
nit si in talibus quam non compescat uicem propriam potestatis.
sed quia tamen sinit agere quam sua uult deus prout interest.
Obiciunt et cetera. Supra egit magister de
potestate demonum et creaturarum communiter sic scilicet
post demonum et creaturarum hominum. dicitur autem hec pars in
parte agit de corporis presenti homini. dicitur autem hec pars in
duas. In prima agit de potestate demonum et angelorum

super corpora filia humanus. Secunda vero agit de potestate quam habent super homines. i. d. cap. Illud consideratione etc. Prima pars habet duas. In prima determinat qualiter angeli assumunt corpus. In secunda vero incidentem dubiam questionem auctor introducit, que tangit hanc materiam et eam determinat pars i. Si vero dei mulieribus etc. Prima pars habet duas. In prima determinat modum per quem demones habent corpus concubita. In secunda vero determinat actum i. et aliud quod locuti sunt etc. Similiter secunda pars habet duas. In prima movet questionem. In secunda determinat. Prima: Sic inter dei hominibus etc. In secunda vero determinat [illegible], relinquens dubia. ibi ceterum h[illegible] nimis.

D. viij. — uelud

Ad intelligentiam huius partis, circa queruntur circa assumptionem corporum ab angelis tam bonis quam malis.
Primo spectat ad corporis et spiritus unionem.
Secundum ad corporis assumpti formationem.
Tertium spectat ad corporis formati et assumpti operationem.
Circa primum queruntur duo.
Primo queritur utrum angeli habeant corpus naturaliter sibi unita.
Secundo utrum habent corpus voluntarie assumpta.

Circa primum sic proceditur, et ostenditur quod angeli habeant corpus sibi naturaliter unita. Per Augustinum [illegible] viij. de civitate dei [illegible] diffiniens demones dicit: demones sunt genere animalia, mente rationalia, animo passiva, corpore aerea, duratione eterna. Sic ergo [illegible] eadem est natura bonorum spirituum et malorum. p[illegible] etc. Item Gregorius in omelia de epyphania: Iudeis tanquam ratione utentibus [illegible] al[illegible] angelus nunciare debuit. Sed omne animal habet corpus naturaliter sibi unitum. Si ergo angelus est animal, ergo etc. Item B[ernardus] cant[ica] omelia v[illegible]: liquet omnem spiritum creatum corporis presidio indigere solacio. Sed angelus habet [illegible] quo naturaliter indiget. Ergo si sit spiritus creatus, habet sibi corpus naturaliter unitum. Item ad hoc est ratio: quanto substantia est nobilior, tanto in potentius est [illegible]. Sed angelus est nobilior illa quam anima. Ergo si anima nata est vivificare corpus, multo magis et angelus. Sed habet quod sibi naturaliter unitur, ad quod vivificandum naturaliter est apta nata. Ergo etc. Item nobiliori modo vivit quod vivit et influit vitam quam quod non influit [illegible] signum perfectionis est [illegible] plenum. Ergo si angelus est in nobile vivens sic anima, et anima per ad vivificandum, ergo et angelus. Sed non potest vivificare nisi corpus naturaliter sibi unitum.

Ad oppositum. Damascenus diffiniens angelum [illegible] ergo etc. [illegible] quod angelus est substantia intellectualis incorporea. Ergo angelus non habet corpus sibi unitum, quia si haberet corpus sibi unitum naturaliter, sic homo diceretur compositus, et angelus. Item Dionysius in pluribus locis dicit quod angeli sunt [illegible] mentes et spirituales [illegible] immateriales [illegible]. Item [illegible] sic: tanto substantia nobilior quanto est [illegible] simplicior. Sed [illegible] omnino caret corpore. Ergo substantia spiritualis omnino carens corpore est nobilior inter substantias creatas. Ergo vel est ea po[illegible] nere in minimo ut in uno deficiet nobilissima creatura, et sic universum esset acephalum, quod est in[illegible].

Item si ad compositionem ex diversis naturis [illegible] illarum est repugnantia. Sed homo componitur ex substantia spirituali et corporali. Cum ergo sit repugnantia substantiam pure corporalem posse [illegible] repugnantia substantia pure spiritualis est. Hanc autem dicimus angelum. Ergo angelus non habet corpus. Item quod homo compositus ex corpore et anima, cum peccavit, effectus est passibilis et mortalis. Ergo si angelus haberet corpus sibi unitum sic et homo, maxime [illegible] angeli qui peccaverunt sunt mortales, quod si plane falsum est. Ergo etc.

Respondeo. Ad predictorum intelligentiam notandum est quod circa istam questionem dubitaverunt aliqui magni doctores utrum scilicet angeli habent corpus sibi unita naturaliter. Unde super hoc dubie loquitur Augustinus [illegible]. Sed nunc satis communiter tenetur et Ricardus affirmat quod angeli sunt naturaliter incorporei et non habent corpora sibi naturaliter unita, dehet tamen plures dubitant utrum demones habeant corpora sibi inseparabiliter alligata in quibus cruciantur. Sed satis planum est quod sicut boni angeli non habent corpus nisi voluntarie assumpta, sic nec mali. Et huius signum est, sic dicit Ricardus: quando modicum corporis quantitatis in Maria multitudo demonum [illegible] obsidet, sicut legitur Marci iiij de illo quod dixit: legio mihi nomen est. Legio enim, ut dicit Ricardus, continet vi milia sexcentos [illegible] vi. Unde si demones corpus haberent eis suis corporibus nullo modo possent subintrare corpus ita modicum. Propter quod satis probabiliter dici potest quod non solum boni non habent corpus sibi naturaliter unita, verum etiam nec mali habent inseparabiliter alligata, quod est dilecte opinionis. Nec obstat eorum cruciatus, quia sicut in quarto libro ostendetur, quia spiritus absque corpore per ordinem divine iustitie patitur ab igne multipliciter.

Concedende ergo sunt rationes adhuc partem. Ad primum vero Augustinum quod inducitur viij de civitate dei dicendum quod in illo loco Augustinus secundum opinionem Apulei loquitur et fingit esse hanc materiam plus loquitur secundum opinionem aliorum quam secundum sententiam suam. Ad id ergo quod angelus est animal dicendum quod animal esse dupliciter dicitur: aut ratione forme, aut ratione operationis a qua debite [illegible] ne. Angelus animal non dicitur forme, sed per rationem operationis competentis. Animal aut animal esse dupliciter potest dici: vel secundum veritatem vel secundum ostensionem sive apparentiam. Gregorius in loco predicto non [illegible] quia angelus apparet esse animal et assumit corpus. Iste autem obicit secundum primum modum accipiendi animal. Ad id quod obicitur de B[ernardo], quod omnis spiritus creatus indiget corporis solacio, dicendum quod indiget corpore per esse duplex: aut propter se aut propter alios. Spiritus [illegible] indiget propter se est spiritus brutalis vel humanus, et ideo verum est quod habet corpus. Spiritus brutalis naturaliter sibi unitus; spiritus vero indigens propter alios est spiritus angelicus, et ideo non habet corpus.

[illegible] [illegible] [illegible] divinus angelicus humanus brutalis. Divinus nullo corpore indiget [illegible] ad esse [illegible] ad operationem. Angelicus non indiget ad esse [illegible] ad operationem [illegible] [illegible] ad operandum ad alterum [illegible] ad nos [illegible]. Humanus indiget non [illegible] ad esse [illegible] [illegible] ad operandum omni [illegible] ad sensitivam [illegible] potentiam [illegible] ad intellectivam [illegible] non [illegible] phantasmate [illegible] [illegible] brutalis indiget tamen [illegible] ad esse [illegible] quod ad operandum [illegible] [illegible] ut motor [illegible] ut motor [illegible] ut forma ut motor [illegible] separabilis [illegible] assumunt ergo corpus angeli tam boni quam mali [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] alii assumunt corpus.

sibi naturaliter unitum. sed assumptum voluntarie, ut cum vi-
deret alius. Ad II. dicendum quod angelici spiritus, etsi corpora capiendo
que bona faciunt creaturam, nullo modo suis corporibus
adiuvantur. et ideo non habent ea coniuncta propter indigentiam
ad supplendam in se ipsis. sed in nobis, et propter hoc supple-
nt ad spiritum. ideo non habent ea unita simpliciter sed ad spiritum.
Ad I. quod obicitur ~~ideo non habent ea unita simpliciter~~ quod substantia no-
bilior est quam multiplex est in potentiis. dicendum quod cum sit de illis
potentiis que simpliciter attestantur perfectioni. potest autem utilis
esse ei quodammodo sit perfectionis. illo tamen propter quod coniunctum
habet quandam indigentiam et imperfectionem. Et ideo ab illa
substantia que perfectissima est in virtutibus, est aliena, et haec autem
est substantia angelica. nec de potentia concludit ideo superdictum.
Ad I. quod obicitur quod influens vitam et huiusmodi vitam no-
bilius est quam huiusmodi tantum. dicendum quod ad conveniens sit dare
vitam alius per duplex. aut per modum efficientis. et hoc simpliciter
perfectionis est. et sic competit soli deo. aut per modum informan-
tis, et sic non est simpliciter perfectionis, immo perfectionis cum im-
perfectione iuncte. et ideo neutrum convenit angelo. quia perfe-
ctio sua maior est quam sit perfectio vivificantis per modum
forme, et minor quam sit perfectio dantis vitam per modum
cause. et loquor de vita que competit substantie rationali.

Ad II. quod vero angeli aliquando assumunt corpora, ut dicitur
in II. Dialogorum. in canonica, omelia iii. dicitur, et de loco ad
locum movetur, non est in corpore. sed angelus mutatus ad
ministerium descenderit, et de loco ad locum venit.
Ergo vel est corpus eius habet corpus naturaliter unitum, vel corpus
assumptum. sed non primo modo, ergo secundo. Item nulli
preterendi hospitalitatis obsequium, nisi habent
corpus naturaliter unitum vel assumptum. sed angelis aliquando impen-
sa sunt hec officia, sicut dicitur ultimo ad Hebreos. quod quidam pla-
cuerunt deo angelis hospicio receptis. ergo vel ha-
buerunt corpora iuncta vel assumpta. sed non habuerunt
naturaliter unita. ergo etc. Item nulla substantia spiritualis ex
sui consortio prebet solacium sensibus, nisi per mediationem
corporis fiat visibilis. sed angeli frequenter prebent solacia
non solum modo secundum spiritum, sed etiam secundum sensum. sicut patet
in angelo Tobie. ergo in his est corpora. sed illa non habent
semper unita. ergo voluntarie assumpta. Item nullus
spiritus per visibilem demonstrationem ad demonstrationem
corporis, nisi sit aliquo modo corpori illi coniunctus. sed
angelus qui loquebatur Tobie visibiliter potuit demo-
strari, et videri. sed est Raphael. vel hic est angelus
quod habebat corpus id aliquo modo coniunctum. sed non
per naturam coniunctum. sed per voluntariam assumptionem.
Item si est organum vel instrumentum alicuius immediatum, nisi
mediate assumatur ab illo, vel naturaliter coniungitur illi.
sed angelus ministeria exercet operacione circa nos. sicut legi-
tur in ad ... quod non possunt exercere in medio nisi corpore

organico vel instrumento. ergo etc. Item in maiori convenien-
tia est anima rationalis ad corpus quam habeat angelus cum spiritu. sed anima
exuta corpus non assumit. ergo nec spiritus angelicus.
Item proportio debet esse assumentis ad assumptum. sed spiritus an-
gelicus est omnino incorporalis. ergo non habet proportionem ad corpus.
ergo numquam assumit id. Item aut competit angelo
habere corpus aut non competit. si competit habere, ergo vi-
detur quod angeli non sint perfecti qui non habent corpus. si non competit,
ergo qui assumunt, habent quod non decet ipsum. ergo si ange-
lus bonus non facit nisi quod decet ipsum, non assumit
corpus. Item si assumit, aut propter se, aut propter nos.
si propter nos, ergo frustra. si propter se, aut est bonus, aut
malus. si bonus, ergo corpus assumptum est melius. si malus,
per corpus assumptum deminuitur. ergo angelus debet puniri, et
permanere cum corpore assumpto, quod est inconveniens et plane
falsum. Item ubicumque est assumptio, ibi est aliqua unio. ut ipse
... sicut patet in assumptione humane nature a filio dei. ergo
si angelus assumit corpus, unitur ei vel in persona vel in natura. sed non
in natura unitur, quia non resultat tertium, nec in persona,
quia nec est communicatio ydiomatum. ergo nullo modo est ibi unio. ergo
nec assumptio. Respondeo dicendum quod in angelis duplex est visio, scilicet
contemplationis et administrationis. secundum contemplationem convertuntur ad deum,
et sic non indigent solacio corporis assumpti. propter
ministerium descendunt ad nos, et condescendunt
nobis. et ut in nobis condescendentes condescendant, indi-
gent solatio assumpti corporis. Indigent in quantum
ad aliquos operationes exercendas, indigent ad se ipsos
manifestandos. indigent ad nos met ipsos leti-
ficandos, sive confortandos. et ideo assumunt corpora, sicut in-
strumenta vel organa ad operandum, sicut signa ad manife-
standum, sicut cooperimenta vel habitacula ad visitandum. Nam corpus
assumptum coniungitur illis sicut instrumentum motori, sicut signum
significato, sicut habitaculum inhabitatori. Magis autem exigit
idoneitas ex parte nostra quam indigentia ex parte sua. et
quia finis in potentia necessitatem habens que sunt ad finem, et
corpus effigiatum vel organicum humana effigie et
maxime competit operibus spiritus rationalis, et expressius si-
gnificat, et tamquam pulcrum indumentum quodammodo
decorat. ideo angelus assumit corpus non quodlibet, sed huma-
na effigie insignitum, et decentes sunt rationes
hic ostendentes. Ad rationes ad oppositum iam patet responsio.
Ad id quod primo obicitur de anima exuta, satis planum est responso.
Non enim est simile, quia non habet vim ad ministerium, nec usum
ad ministrandum. ideo nec corpus assumit. nec habere debet potentiam
assumendi. Ad id quod obicitur quod proportio est assumentis etc.
dicendum quod proportio attenditur in convenientia in perfectionem
dumtaxat quod est assumpto. cum enim non assumat in uni-
tatem nature, non requirit quod sit proportio in. sic perfec-
tionis ad perfectibile. sed sufficit quod sit proportio, sicut

¶ quo

¶ Respondeo

Nota quod angeli descendunt ad nos

Finis ...

motus ad motum. Ad quintum quod competit angelo habere corpus etc. Dicendum quod competit habere corpus ut voluntarie assumptum ad complendum ministerium. Sed non competit ad suum esse completivum, ideo non generat indigentiam; nec assumptio generat indigentiam. Ad sextum quod queritur propter quid assumunt, utrum ad utilitatem propriam nichil. Dicendum quod propter se non assumit sed propter nos. Id tamen propter quod assumit non proficit per corpus tamquam anima per corpus proprium, sed tamquam artifex per instrumentum. Et ideo sicut instrumentum per quod quis meretur non remuneratur, sic nec corpus ab angelo assumptum. Ad septimum quod obicitur quod non est assumptio, quia deest unio in persona vel natura. Dicendum quod non sufficienter dividitur, quia homo assumit vestem cum se induit, nec tamen unit sibi in persona nec in natura. Sed illud locum habet in illa assumptione in qua est unio perfecta, qualis est cum Dei Filius assumpsit humanam naturam. Ex predictis igitur patet quod [?] ... et ratio ad obiecta; patet etiam ex predicto [?] quomodo dicitur angelus corpus assumere, quia non solum propter hoc quod moveatur vel operetur ad extra corpus, sed quia id accipit ad se ut in illo operetur, ut in illo manifestetur, ut in illo conversetur, quia in illa conversatione sua accipit nec corpus potius se movendo [?], quamvis etiam quia ab illo forte conservatur et regitur angelus, se habet in modo assuetis et habitis corporibus vel in corpore assumpto et habito.

Consequenter queritur de secundo articulo, scilicet de formatione corporis assumpti, et circa hoc duo queruntur.

Primo queritur de ipso corpore assumpto quantum ad principium formale.

Secundo quantum ad principium materiale.

[Q]uod veritatem [?] corpus habeat veram formam corporis humani, et quod ita sit videtur, quia cum apparuit est corpus humanum aut est verum aut est ibi error et deceptio. Sed error et deceptio non competit angelis sanctis. Ergo cum assumunt corpus quod videtur esse humanum, vere habent naturam humanam formam. Item ad corpus humanum nichil plus requiritur nisi eius complexio et debita organizatio, sicut dicunt illi. Sed corpus quod angelus assumit debitam habet organizationem; si ergo organizatio presupponit complexionem, ergo videtur quod habeat totum quod est de [?] humani corporis. Item quod angelus vere possit formare corpus humanum, vel corpus humanum sicut dicit Augustinus est in rationibus seminalibus sicut et alia corpora. Sed quia forte quedam alium [?] ... habent rationes seminales dispersas in rebus, ideo dicit Augustinus quod ministerio demonum res educuntur. Ergo pari ratione et corpora hominum. Quod si tu dicas quod non valet, quia maior requiritur dispositio ad producendum corpus humanum, hoc non solvit, quia quod potest disponere ad remotiorem [?] ... cum non sit distantia infinita, potest venire ad dispositionem [?]. Ergo si angeli possunt velociori operatione producere corpus aliorum animalium perfectorum, ergo pari ratione corpora animalium

magis perfectorum, ergo et corpus humanum. Item si aliquod agens indifferenter se habet ad aliqua producenda, quicquid potest in unum potest in alterum. Sed angeli non habent maiorem potentiam in corporibus superioribus quam in corporibus hominum, immo maiorem [?]. Ergo si possunt auxilio nature producere [?] corpora superiora, possunt auxilio nature producere corpora hominum; ergo et assumere. Item quod potest in maius potest in minus. Sed anima quamvis [?] sit minoris nobilitatis, excellit nobilitate celi corpus, sicut dicit Augustinus in viii De civitate Dei, et talis virtutis locis [?]. Cum ergo ministerio angelorum educi possint et educantur anime vegetabiles et sensibiles, quare [?] ... misto fortius producere possunt vel corpus humanum. Ad oppositum: scilicet [?] ... est corpus forme et forme, quia unius forma est alterius forma sive perfectiva; sed nullus spiritus angelicus potest humanum corpus perficere, ergo nec formare. Item angeli non possunt operari circa creaturas nisi adiutorio nature. Sed natura non generat corpus humanum nisi illa que est sicut [?] ... Ergo angelus non potest formare corpus humanum nisi mediante homine. Sed homo non potest corpus humanum educere nisi generando. Ergo nec angelus vel corpus humanum formare nisi per generationem hominis. Sed cum assumunt corpus non indigent humano auxilio. Ergo nullum assumunt corpus humanum. Item si potest corpus de novo formare, ergo pari ratione corruptum reparare; ergo possunt mortuos suscitare, quod est solius Dei proprium. Item si corpus assumptum ab angelis esset verum corpus humanum, haberet appetitum ad animam rationalem. Sed talem [?] completum appetitum nunquam [?] ... ergo statim infunderetur ei anima rationalis. Item si verum corpus humanum assumerent, aut pro statu glorie aut pro statu vie [?]; non pro statu glorie, hoc constat, quia tunc illud corpus non esset corruptibile nec ab angelo separabile. Si ergo assumunt, hoc est pro statu vie [?] ... vel sunt ponderosa et gravia sive in statu nature corrupte sive in statu innocentie. Ergo non essent habilia ad motum nec ad diversorum ministerium. Ergo si non assumunt corpus nisi propter ministerium, ergo non assumunt verum corpus humanum. Respondeo. Dicendum quod corpora assumpta ab angelis non habent veram formam et complexionem corporum humanorum, nec organizationem et complementum, sed solum effigiem. Et ratio huius est duplex: una quia non competit angelis tale corpus ad ministerium, sicut in ultimo ostensum est. Alia ratio est quia angelus non potest educere formam in re [?] ... nec adiuvare [?] ... distinctionem. In virtute autem nature producitur corpus omnium [?] ... aliorum et aliter; ad quedam enim educenda sufficit cum illis [?] adiutorio agentis particularis ... in spermate, et sunt alia que generantur per putrefactionem. Quedam autem sunt ad que non sufficit nisi adiuvetur ab agente consimilis speciei, sicut sunt corpora aliorum [?] que producuntur solummodo per propagationem. Et illud planum est

ad [illegible]

aut decepne sensus qs siu fimth q dr col
lata ad miscetur sensui ptr z iudicat ee
altius q e sum. ad id q obi. q nlla res
pt uidi n p sua spem. dd. q spm nec de
nouo dat. n de nouo affert. sz illa q erat
i fanth. in uiuacit uirtuti illi intiori obuc.
ut cdat sentire extiore sensibilez itueri. ad d
q obi. qd tale pez uidi capta. utru illa spes
hois defitur ad uisu. dd. q fortassis ipedit
ne pueniat ad uisu. ul uisus ad ea. ul saltz
ipedit ne pueniat ad iudicium dum loco illius
offert spem capre q ht in fanth. z sic dum
aspic ad hoi humanu estiat se uidere capram.
ad e q qi u faciat inmutatom. ul ee organi
ul obi in uel uirtute. dd. q pt facere z facit ee oia
sz p loco z tpe. sic ut uidetur expedire. nec tn se
q sit ibi miraclm. qr n e ibi ua forz trus
inmutato. aut induceto. sz solu queda trusitoria
z q momtanea immutato. q e ostendat ee re

uanum tantummodo est. non est enim miraculum sed uanum et falsum prestigium.

Quarto queritur utrum demon possit cogitationes immittere. et quod sic videtur. per aug. xi. de ci. dei. ps. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum. si bonus angelus potest immittere, cum bonus et malus sint eiusdem nature. patet etc. // Item aug. Jo. xiiij. cum diabolus misisset in cor. ut traderet eum iudas. sed mittere in cor. non est aliud quam immittere. ergo etc. Item greg. in mor. malignus spiritus in cordibus malignas cogitationes immittere non desistit. Item suggestio est aculeus diaboli. sed suggestio nihil aliud est quam prave cogitationis immissio. Si ergo diabolus potest mala suggerere ergo et potest malas cogitationes immittere. // Contra iii. Reg. super illud quod inspicit omnes interius cogitationes. dicit glo. beda. quod diabolus non est malarum cogitationum immissor. // Item si potest cogitationes immittere. cum in cogitatione formetur actus intellectus. ergo potest intellectum nostrum formare quod falsum est. ut dicit aug. et patet ut ... Item nichil nobis intimius est quam nostra cogitatio. ergo si diabolus potest cogitationes immittere. potest ad interiora nostra spiritualia intrare. sed hoc nichil aliud est quam illabi. ergo menti nostre illabi potest quod supra improbatum est. Item si potest cogitationes immittere. ergo potest quem vult malum facere cogitare. sed ipse continue nobis optat malum et numquam permitteret nos a cogitationibus malis desistere. quod manifeste falsum est. Est igitur quod in potestate habet diabolus cogitationum generandarum in nobis utrum scilicet possit efficere vel tantum offerre. et si offerre utrum necessario possit nos compellere ad hoc ut recipiamus oblatum. Et quod sic videtur. quia si ad presentiam sensibilium aspectus oculorum ... necesse est non videre et sic de aliis sensibus. ergo similiter videtur de cogitationibus quod si ... est videtur quod animalis cogitationes non possumus euitare. et quod mala cogitatio non sit reprehensibilis. cum tamen deus reprehendat. mt. ix. Quid cogitatis mala in cordibus uestris. etc. Responsio dicendum. quod immissio dicit actum cuius effectus traditur ideo quod intus est. hunc autem actum potest dupliciter dici. in illius effectus aut sit causa principaliter agentis et efficientis. aut sic excitantis uel impellentis. primo modo proprie accipitur. et sic competit soli deo et angelo. Iste enim solus est quo modo principaliter agentis potest in eius intimis cogitationes et affectiones gignere et formare. Alio modo accipitur large et minus proprie. quam immissio dei ... nominis quadam uirtute et auctoritate sufficienter. scilicet effectus impetratur

et ideo quandoque solummodo dicitur excitatorie. uel impulsiue. et sic large accipitur. et minus proprie. et sic competit demonibus. quia cum eius officium est suum precipuum studium eorum malas cogitationes suggerere. et sic patet quod ad rationes ad utramque partem. nam rationes et auctoritates ad primam partem inducte procedunt de immissione communiter dicta. rationes uero ad oppositum procedunt de immissione dicta proprie. Ad id uero quod queritur ulterius utrum potestatem habeant demones in malarum cogitationum nostrarum. dicendum quod hanc causaliter possunt offerre. Ad id autem quod queritur utrum necessario possit compellere diuersimode ad eius receptionem. quidam enim dicunt quod necessario possit compellere ad cogitationes malas. non tamen malas. cogitatio enim que est de malo non est mala. nisi eam comitetur affectio mala que est in potestate nostra. Alius uero uidetur probabilius quod non possunt facere quod necessario cogitemus malum. nisi intellectus uideat. et cogitatio autem non est continue occupata. cum enim euagatur et est ociosa tunc potest ei diabolus offerre ymaginem turpem et uanam. et nolentibus malas cogitationes. et ymaginationes effugere sollicite et diligenter cauendum est. ne contingat animam a bonis et utilibus cogitationibus reuocari. sed tamen satis facile est ei qui solitus est bonis cum exercitium multo facilius est et delectabilius in bonis usitari cogitationibus quam sit in uanis carnalibus in fedis et turpibus ymaginibus.

Quinto queritur utrum demones possint malas affectiones imprimere. et quod sic videtur. osee vii. omnes adulterantes sicut clibanus succensus a coquente. et glo. exponit. quod clibanus est fornicator et coquens diabolus. ergo etc. Item beda super act. v. dicit quod diabolus fraudulenter callida deceptione animam in affectionem malicie trahit. sed hoc nichil aliud est quam prauam affectionem incendere. ergo etc. Item diabolus potest carnem nostram commouere. sic dicitur Job. vi. super illud. tantum tradita est in manu eius. exponit. greg. id est caro in manu diaboli. sed quando caro commota est excitatur stimulus concupiscentie qui est in nobis tamquam igniculus praue affectionis. ergo uidetur quod diabolus possit in nobis talem affectionem concupiscentie. Item ignem incendere non est aliud quam ignem pabulum ministrare. sed male ymaginationes et exteriores optatus ... formam concupiscentie. ergo uidetur quod diabolus huic igni incendere possit in nobis accendere. // Item calidum potest calefacere. ergo inflamatum potest inflamare. sed diabolus totus est inflamatus. cum inimo inferno sit flamme et caminus uiciorum sicut dicitur. Jac. iii. et beda dicit et magister dicit in lit. ergo diabolus potest nos ad malum inflamare. ergo et accendere. // Ad oppositum. ymago maxime perficit in affectione et uoluntate. ergo si diabolus non habet posse super animam in quantum est dei ymago. ergo videtur quod non possit

quod ad utramque partem concedendum ... uel malam immittendo. sic homo tenetur fa... uel forum amplius mendo. sic igitur tenetur causa ... in diabolo tenetur cogitationes malas uel affectiones fomite ... non.

affectionem malam incendere. Item libertas arbitrii
maxime consistit in affectu, sicut dicitur. Sed liberum arbitrium
est supra ad minus potest diabolus. Ergo non. Quoniam potius
sit in nostra affectione. Et si non per intellectum concomit-
mittitur: ergo multo minus affectionem incendere. Item
cogitatio preambulus est ad affectionem. Sed qui non
potest immittere cogitationem non potest incendere affectionem. Item
si possunt malas affectiones incendere, cum huiusmodi affec-
tiones semper sint culpabiles, tunc possunt nos fa-
cere peccare. Quod nephas est dicere. Et item quod
differentia sit inter incendere et immittere. Et per quod dy-
abolus magis dicitur incensor quam immissor, cum tamen
non videatur, cum multo plus sit afficere quam cog-
itare. Respondeo dicendum quod incendere est actus translatus
a corporalibus ad spiritualia. In corporalibus autem
incendere est non ignem generare, sed potius igni pabu-
lum ministrare, vel applicando igni combustibile,
vel combustibile igni. Sic et in spiritualibus. Ignis autem
iste concupiscentia est, sive libido perversa. Pabulum
istius ignis sunt cogitationes et affectiones car-
nales, et turpes et delectationes fede. Et ita incendere
in spiritualibus non tantum modo accipit respectum affectionum, immo
et cogitationum. Et hic utrumque non dicitur active, sicut principaliter
agentis, sed solum sicut excitantis vel ministrantis.
Cum igitur dyabolus potest nos ad malas cogitationes et
affectiones excitare, licet non possit eas in nobis sua
potestate efficere, ideo secundum hoc et propter hoc ab auctoribus sacre
scripture incensor dicitur, non immissor. Et per hoc dicendum est ad
rationes ad hoc. Ad primum ergo quod obicitur, quod dyabolus non
potest supra ymaginem, id est supra liberum arbitrium, dicendum quod non potest
sicut agens et movens principaliter, potest tamen sicut suggerens
et inducens. Et hoc est quod dicitur: dampnum violentia
alicuius inferre non possunt in nobis, id est, et suscepti-
onem immissionis. Ad aliud quod non potest in cogitati-
onem, dicendum quod sicut non potest cogitationem formare,
sic nec affectionem principaliter causare vel movere, sic autem
potest affectionem incendere sicut et cogitationem. Ad
illud quod ultimo obicitur, quod tunc possunt nos facere pec-
care, dicendum quod verum est. Si potestas incendendi importaret
necessitatem vel principalem vel efficacem potestatem
respectu affectionis prave. Sed sic procedit et non dicitur causam
efficientem, sed disponentem, que quidem dispositio
efficaciam non habet in nos, donec eius vigore ex
nostra negligentia vel consensu.

Sexto queritur quomodo demones possunt
scrutari secreta nostre conscientie et quomodo sicut ut-
demonum officium est accusare. Sicut legitur Apocalypsis xij.
projectus est accusator fratrum etc. Ergo si in iudicio
arguent de secretissimis cogitationibus, videtur quod hec

non lateant accusatorem nostrum. Item peccatum est cum
est lepra. Sicut quod insinuatur Apocalypsis xiij. Sicut nummus
quilibet cognoscit proprium signaculum ubicumque positum,
ergo dyabolus cognoscat cognoscat proprium ubicumque sit. Sed
nichil est in nobis secretius quam sit propria cogitatio
et affectio nostra. Ergo licet dyabolus potest videre secreta
conscientiarum nostrarum. Item Augustinus xij super
Genesim ad litteram: mali angeli cogitationem noverunt
quia multa produnt, que non proderent si cogitationes
non novissent. Item hoc videtur per rationem, nobilior est
operatio quam potentia, et potentia quam virtus. Quia per cognitionem operis
et potentie pervenit in cognitionem virtutis. Sed virtus anime non potest
latere dyabolum. Ergo non eius operatio nec virtus. Ergo si co-
gitationes et affectiones sunt actiones anime, ergo non possunt
latere demonem. Item sicut spirituales sunt, dicit Dyonysius,
per suam naturam sunt specula. Sed sicut est in speculo materiali, quod
quando unum obicitur alteri, non solum representat ipsum, sed
et omne quod relucet in ipso. Ergo si maioris perfecti-
onis sunt specula spiritualia, videtur quod cum demon in-
tuetur et aspicit animam, non solum ipsam videat, sed
omne quod est in ipsa. Item nichil potest oculos meos videre
in me quod non possit videre oculos alicuius. Si igitur sic
est in oculo corporali respectu rerum visibilium corporalium, per rationem
similem erit in oculo spirituali respectu cognoscibilis spiritualis. Ergo si oc-
culum meum spirituale non latet secretum conscientie mee,
nec per rationem latet oculos demonum. Ad oppositum: iij
Regum viij: tu solus nosti corda filiorum hominum. Ergo
non demon vel alius. Item Jeremie xvij: ego dominus
scrutans corda et renes. Ergo si deus hoc sibi attribuit
tamquam proprium, videtur quod non conveniat dyabolo. Item i. Corinthiorum ij.
nemo scit que sunt hominis nisi spiritus hominis qui est in illo. Sed
demon nec est spiritus noster nec est in nobis. Ergo non novit
secreta conscientie nostre. Item Augustinus libro de ecclesiasticis do-
gmatibus: internas cogitationes nostras dyabolus non videre
certum est. Item ratione videtur: quia si internas cogitationes cognosceret,
cognosceret et virtutes. Ergo beatum Job pacientem cogno-
visset, quod si cognovisset non temptasset, cum noluit
superari. Sed temptavit. Ergo nec virtutem nec cogitationes eius
cognovit. Respondeo ad predictorum intelligentiam est notandum
quod sicut deus voluntati rationali creature dedit dominium
sui arbitrii, cui nulla preiudicat nisi divina potestas, sic eius
cognitiva dedit conscientie secretum, cuius secreta
et profunda non penetrat nisi divina sapientia. Et non
dico quod nulla creatura, nec humana nec angelica,
potest conscientie humane nosse secreta in persignatam,
vel per coniecturas, ut enim novit dominus revelatione, aut
hominis denunciatione sive confessione. Et tamen pauca
sunt secreta ita, que prodant in opera exteriora vel
appareant per signa exteriora faciei vel per signa

- Quia ad videndum ... demonum ... et ... mortuarum ad effigiare in corpus.

Job xvij. Ab scodita = in via pe... Glossa. Invenerit hostis mores cuiusque, cui vicio sit propinquus, illa opponit ... facile inclinari mente ... blandis ac lenis moribus luxuriam, asperis mentibus iram et superbiam. Ibi ergo decipiat ponit ubi esse similitudinem mentis conspicit, quia illic procul dubio deceptionis laqueos ponit ubi esse viam invenit ... quae cogitavit. Et leo ... et olera ... Non cessat ... hostis ... se transfigurat in angelum lucis.

quia ... ab ... experta ... fallibilia. quia plus ... apta ... super ...

cordis quod diversimode movetur secundum diversitatem
affectionum, hinc quod multe cogitationes et affe-
ctiones nostre deprehendi possunt a malignis
spiritibus, nisi arceantur dei virtute. Et autem cog-
nitio per conjecturam quae est certa scientia et ideo concedende sunt
rationes ostendentes quod angelus malus secreta
conscientie nostre perscrutari non potest. Ad id est quod po-
obiectio in contrarium de accusatoris officio. Dicendum quod non solum
ipse demon erit accusator, immo et eorum nuntii
et similiter ex prioribus et visibilibus accusari possumus
coram deo de occultis et secretis nostris. Neutrum tamen im-
punita relinquitur, quia non deerit accusator et testes.
Ad id quod obiectio quod peccatum est causa ... Dicendum
quod peccatum tunc dicitur ... quando scilicet ... in fronte ...
autem cum potuit peccat sine rubore ... ut iam
possit ei dici: Frons mulieris meretricis facta est tibi,
noluisti erubescere. Et tunc absque dubio peccatum
nimis cognitum est diabolo, quia iam non est secretum sed
manifestum. Ad id quod obiectio de Augustino quod cogitationes
noverint. Dicendum quod loquitur de cognitione conjecturali, non certa scientia.
Ad id quod obiectio quod notior est corpori quam anima. Dicendum
quod verum est de proprie extrinseca. De intrinseca autem
non habet semper veritatem. Multe enim res sunt nobis note
quarum virtutes et proprietates nos latent. Vel dicendum
quod hoc locum habet in proprie naturali, non in proprie volun-
taria. Corpus autem est naturalis quod naturale est ita se
naturaliter nata est representare, nec se occultare potest.
Sic non anima, immo per ipsam manifestantur, scilicet dum
plus habet de ratione actualitatis ac per hoc manifestati-
onis et lucis. In proprie autem voluntaria secus est,
nam cum anima se naturaliter representet, sic naturaliter est,
et se occultare non possit, proprie voluntaria sic no-
luntate exit in esse. Ita et voluntate manifesta-
et ita occultari potest, immo non manifestatur nisi
homo velit. Talia autem sunt que latent in secreto
nostre conscientie, ideo convenius diabolus possit videre animam per
propria virtute, non tamen potest illa conspicere. Ad illud
quod obiectio quod speculum representat ad speculum et que
sunt in eo contenta. Dicendum quod duplex est speculum: quod-
dam naturale et quoddam voluntarium. Speculum naturale sicut
naturaliter suscipit, ita naturaliter reddit, et ita nichil
occultat. Ideo speculum est oppositum, non solum ipsum
sed etiam omne quod lucet in eo representat. Speculum
autem voluntarium non est in actu manifestationis
eorum que in se continet nisi cum hoc facit voluntas, et tale
est speculum spirituale, et ideo non est simile. Ad illud
quod obiectio de oculo corporali, probatur ipsa ratione manifesta,
patet ... oculus enim unus corporalis videt quicquid
videt alius, si obiectum sit utrique revelatum. Si

autem uni aperitur et alteri tegitur, unus potest videre quod
non videt alius, quia ergo voluntas secundum quod non vult nec
potest velare, quia sibi semper presens est, ideo oculum proprium
siquid in se est non potest latere. Alienum vero oculum potest
subterfugere et se illi velare, quoniam non est ipsi presens
nec super eum potens, et ideo omnem oculum spiritualem
potest conscientia nostra velare, excepto se et illo qui est super
se, et ideo dicit Augustinus super Genesim ad litteram quod sicut corpora
sive corporales habent aliqua velamina quibus se alterius aspe-
ctibus occultant, sic mentibus spiritualibus suo modo in-
tellectus est hoc est velamen suorum signa. Et si tu queras
quo possit hoc esse, ut intelligi cum anima spiritualis sit
simplex et uniformis per totum, et ita videtur quod qui vi-
det in modica nichil latet, et cum uniformis sit,
non potest esse in aliquod occultum, et aliquid occultetur.
Dicendum quod obstaculum illud non habet intelligi per interpositionem
alicuius nec opaci, sicut est in visu nostro corporeo, vel
obscuri vel minus clari. Sed ibi absconditur id
est quod manifestari nolle. Et licet non sit ibi diversita-
tes plicarum ex compositione diversarum rerum, sunt tamen in anima
gradus potentiarum et statuum per quos. Quedam enim dicuntur esse
anime magis intima, ut potentie que respiciunt potentias
superiores et simpliciores sive puriores, sed quas
anima magis in se ipsa recolligitur et ei quod summe
unum est unitur et simplificatur. Et penes has magis
residet conscientie secretum. Et sic patet solutio obiectionum ex
quibus et manifestantur omnia que inducit dominus. Hoc solum
autem indiget explanatione quod dicit Gennadius, Demones
per inergiam operari ... et cetera. Qui appellet
inergiam. Et dicendum quod inergia dicitur ab en quod est in et
ergon quod est labor, et inde quod est defectus, unde in-
ergia, quasi interior labor vel interior defectus, unde illi
dicuntur energumini qui intus laborant per operationem
demonis intus obsidentis, et alias laborare
et facere. Et hoc est quod intendit Gennadius dicere.
Nota procedat sup... cognoscere et cetera. Super est
magister de ... ad malorum obstina-
tione. In hac parte agit de hiis que consequuntur
consequitur ... confirmationem. Hec autem sunt duo,
scilicet distinctio ordinum et ministerium. Ideo hec pars
duas habet. In prima agit de angelicorum ordinum dis-
tinctione. In secunda de angelorum missione et missione.
Dist. x. Hec et investigandum est et cetera. Prima pars habet
duas partes. In prima agit de distinctione ordinum
quantum ad partes conditionis. In secunda vero quantum ad repa-
rationem ibi. Notandum est quod decimus ordo et cetera. Prima
pars habet iiij partes. In prima declarat qualiter ange-
lorum ordines distinguntur. In secunda quomodo nominantur ibi.
Hec nomina illi non proprie ... et cetera. In tertia declarat quod sit hie-

ordinatoris primi i. Iam nunc in quo restat etc. In quarta vero et ultima determinat modum ibi. Preterea considerari oportet etc. Sanctificatio vero principalis que in se ipsa ibi Flotundo etc. duas habet. In prima determinat de repartitione ordinum angelorum fienda secundum adgradum. In secunda vero quomodo ad unum i. secundum numerum eorum.

Distinctio autem eorum que in hac parte dicuntur sic procedendo est via naturalis. Secundo vero in aliis questionibus via naturalis aut diffinitiva et divisiva. Ideo oportet hic prenotare quasdam rerum diffinitiones et divisiones. Oportet enim primo quid sit ierarchia, secundo vero quid sit angelus, tertio quid sit ordo angelicus, quibus prenotatis maxima via prestabitur nobis ad sequentia tractanda. Sciendum est ergo quod ipsius ierarchie beatus Dionysius tres ponit diffinitiones in libro de angelica ierarchia. Quarum prima est hec. Ierarchia est divina pulcritudo ut simpla, ut optima, ut consumata, alie consumativa. Secunda est hec. Ierarchia est ordo divinus, scientia et actio deiformis quantum possibile est similans et ad inditas ei divinitus illuminationes proportionaliter in dei similitudinem ascendens. Tertia est hec. Ierarchia est ad deum quantum possibile est similitudo et unitas ipsum habens sacre scientie et actionis ducem, et ad suum divinissimum decorem immutabiliter diffiniens, quantum vero possibile est reformans suos laudatores. Istarum diffinitionum distinctio et explicatio potest haberi sic. Quia prima diffinitio est ierarchie increate, due vero sequentes create. Differunt autem quia prima illarum principaliter attendit penes egressum a deo, sed ultima penes regressum, sed utrobique tangantur utraque. Prima autem diffinitio que est ierarchie increate exprimit ipsam quantum ad trinitatem et unitatem, ita quod nec trinitas preiudicat unitati, nec unitas trinitati. Sed unitas spectat ad perfectionem trinitatis, et trinitas unitatis. Ut ergo ostendat in eterno unitas in trinitate dicit. Ierarchia est divina pulcritudo. Pulcritudo enim consistit in pluralitate et equalitate. Sic dicit Augustinus in libro de vera religione. Ut autem ostendat quod pluralitas non preiudicat unitati dicit. ut simpla. quia sic est ibi pluralitas ut tamen non tollatur unitatis simplicitas. ut et ostendat quod unitas non preiudicat pluralitati subiungit. ut optima. quia sic est ibi unitas ut tamen sit summa bonitas, propter quam est perfecta communicatio et sic pluralitas. Postremo ut ostendat quod unitas spectat ad perfectionem pluralitatis et e converso subdit. ut consumata. In quo signatur quod in trinitate et unitate consistit omnimoda et summa perfectio. Secunde vero diffinitiones intelligi sic possunt haberi. diffinit enim ibi angelica ierarchia secundum egressum a deo. egreditur autem a deo secundum rationem ymaginis et similitudinis. Sic et hoc. et ideo in illa notificatione primo describit ipsam ierarchiam egredientem a deo per modum ymaginis cum dicit. Ierarchia est ordo divinus scientia et actio. ut ordo, id est ordinata potestas, respondeat patri, et scientia filio, et actio spiritui sancto, vel memorie, intelligentie et voluntati. Secundo vero describit quantum ad rationem similitudinis cum subiungit. deiformis quantum possibile est similans etc. et tangit ipsa assimilatio quantum ad habitum cum dicit deiformis quantum possibile etc. Similitudinis enim sunt gratie assimilantis actus et sursum ducere, sic eius origo est desursum descendere. Tertia autem diffinitio sic possunt intelligi. describit enim ibi, ut predictum est, angelica creata ierarchia per regressum ad deum principaliter. Notandum ergo quod in predicta diffinitione ierarchie regredientis, sive in regressus eius, primo quantum ad habitualitatem cum dicit. Ierarchia est ad deum quantum possibile est similitudo et unitas. Secundo quantum ad actualitatem cum dicit ipsum habens sacre scientie et actionis ducem. Tertio quantum ad immutabilitatem cum subiungitur. et ad suum divinissimum decorem immutabiliter diffiniens. Quarto quantum ad plenitudinem divine ubertatis cum subinfertur quantum vero possibile est reformans suos laudatores. Inhibet enim laudatores quod non solum sibi sufficiat, sed etiam propter plenitudinem caritatis et gratie potens est alios adiuvare, et sic patet ex predictis diffinitionibus quid sit ierarchia tam divina quam angelica. Propter quarum intellectum elicitur quedam diffinitio magistralis que competit omni ierarchie, sed non univoce, que talis est. Ierarchia est rerum sacrarum et rationalium ordinata potestas in subditis debitum retinens principatum. Hec autem non solum competit ierarchie angelice, sed etiam ecclesiastice vel humane de qua nichil ad presens. Hic solum determinatur angelica, et quoniam hec non potest cognosci nisi cognoscatur quid sit angelus, ideo prenotande sunt ei angeli diffinitiones. angelus autem sic notificatur a Damasceno. angelus est substantia incorporea intellectualis semper mobilis, arbitrio libera, deo ministrans, gratia non natura immortalitatem suscipiens. Dionysius autem aliter diffinit angelum sic. angelus est ymago dei, manifestatio occulti luminis, speculum clarum, splendidissimum, immaculatum, incontaminatum, incoinquinatum, suscipiens sic dicens est totam speciositatem deiformis deiformitatis et sic resplendere faciens bonitatem silentii quod est in abditis. Differunt autem hee due notificationes quia prima describit angelum quantum ad esse, secunda vero non solum quantum ad esse sed etiam quantum ad bene esse. Prime diffinitionis intellectus haberi potest sic. describit enim ibi angelum quantum ad substantiam, quantum ad virtutem, quantum ad operationem et quantum ad durationem. Substantia tangitur in hoc quod dicit. angelus est substantia incorporea. virtus in hoc quod subiungit. intellectualis semper mobilis, arbitrio libera. In notatur triplex virtus angelica scilicet cognitiva, cooperativa et imperativa. cognitiva in hoc quod dicit. intellectualis. operativa

in hoc quod dicitur · semper mobiles · quia sine fatigatione per operationem. Et
contemplativa in hoc quod dicitur · acute liberas · quod non omnino distinguunt
ab aliis potentiis intellectum · sed sufficiat ad distinguendum intellectum ·
operatio vero tangitur cum dicitur · deiformitatis · divino cum
subiungit · gratiam non nimiorum susceptiones · creatura
autem hec gratia non aliquis cuius gratis datur · Cum ergo
dicitur gratuita dei influentia · intellectus autem per se diffini
tionis · sic patet hec · diffinitur namque ibi · angelus non solum
quantum ad esse suum sed etiam quantum ad bene esse · et ideo notificatur hic
angelus inquantum habet dei ymaginem · per naturam · et inquantum habet similitudinem
divine per gratiam · et inquantum habet deiformitatem per gloriam · Ideo autem
ymaginis exprimitur quantum ad duo · scilicet quantum ad id quod
sursum est · et quantum ad id quod deorsum · primum tangit cum
dicit · angelus est ymago dei · secundum cum subiungit · ma
nifestatio occulti luminis · ymago enim est in quantum capax dei
est · et particeps esse potest · sed manifestatio luminis est in quantum
illuminationes quas suscipit inferioribus ostendit · Simi
liter quantum ad similitudinem gratie · de se habet quantum ad duplicem res
pectum · ad sursum per conformitatem · ad deorsum per purgationem ·
comparatio ad sursum tangitur cum dicitur · speculum clarum
splendidissimum · et non · quia gratiam desursum venientem na
turaliter conservat · naturam decorat · secundum consistat · et quantum ad hoc dicitur
speculum clarum splendidissimum · comparatio vero ad id
quod deorsum est per modum purgationis · non cum dicit · immacu
latum et incontaminatum · et incoinquinatum · per quod tamen removet
triplicem feditatem ab angelo · que repugnat gratie · primo
feditatem actualem · et hec est feditas actualis · et removet per
hoc quod dicit immaculatum · pro feditate adherente · sicut adhuc
in esse · et hec est feditas venialis · et removet per hoc quod dicitur
incontaminatum · tertio removet feditatem contractam · et
hec est feditas originalis · et removet per hoc quod dicitur in
coinquinatum · similiter deiformitatis · gloriae tangitur per du
plicem comparationem · scilicet ad id quod sursum est · et ad id quod de
orsum est · ad id quod sursum per hoc quod dicitur · suscipiens
sic decens est · totam speciem boniformis deiformitatis · compa
ratio est ad dominum · deiformis efficitur cum spontaneitate actu sus
cipit · comparatio vero ad id quod inferius est · non cum dicitur · et in
se resplendere faciens bonitatem silentii · que est in abditis · hec
autem dum refulgentia divine bonitatis quam ipse habet osten
dit aliis · hec autem vocat silentium · quia nec per intime
et contingi · quin in illo quiete · et sine omni strepitus
exterior quiescit · et ideo vocat silentium in abditis · et sic
patet quid sit ierarchia · et quid sit angelus. Tertio restitui
tur · quid sit ordo angelicus · diffinit autem sic · agg.
et alii · adducat hec diffinitionem magistri · ordo est multitudo
celestium spirituum qui inter se aliquo munere gratie similan
tur · sicut in similitudine donorum participatione conveniunt · hec notifi
cationis explanatio in primis est · notificatur enim hic ordo quantum
ad suum fundamentum · et quantum ad suum complementum · et quantum ad dispo

sitionem · quod inter medium tenet locum · fundamentum tangi
tur cum dicit · ordo est multitudo celestium spirituum · ordo enim fun
datur in multitudine · Complementum vero tangitur in hoc quod dicit · qui
inter se aliquo munere gratie similantur · ordo est complemen
tum habens aliqualem dispositionem media · instituitur vero in hoc quod
dicit · Sic in naturalium donorum participatione conveniunt · quia melio
ra naturalia disponunt ad maiora gratuita · expre
dicis notificat nobis illa tria · que prius comparavit sed
secundum descriptionem dicentes · quas fiale esset per capit
culum · et destruis · Sed omittendo est · quia valde prius vi
dere · post hec procedo ad divisiones · sunt autem divisiones tres
principales · ad faciliorem explicationem distinctionis angelo
ordinum · prima est hec · ierarchiarum alia supercelestis ·
alia celestis · alia subcelestis · secunda hec est · ierarchiarum
celestium · alia superior · alia media · alia inferior ·
sive quod idem est · alia epiphania · alia ypperphania · alia
ypophania. Tercia est hec · quod ordo per ierarchias triplex est ·
scilicet seraphin · cherubin · et throni · in eadem ierarchia · similiter triplex
est ordo · secundum beatum dionysium · dominationes · potestates · et virtu
tes · secundum gregorium · et bernardum · dominationes principatus et potestates.
Similiter tertie ierarchie triplex est ordo · secundum dionysium · principatus
archangeli et angeli · secundum gregorium et bernardum · virtutes archan
geli et angeli · prime divisionis manifesta est ratio · et intelli
gentia · ierarchia non est in uniuersa intellectuali · hec autem triplex est
scilicet divina · angelica · et humana · ideo triplex distinguitur
ierarchia · et divina dicitur supercelestis · angelica celestis · hu
mana autem subcelestis · Secunde autem divisionis ratio et
manifestatio est duplex · una per ea que generaliter respiciunt
ierarchiam · que sunt ordo · scientia · et actio · sic triplex est
ierarchia · una penes scientiam · et hec est suprema · altera
penes ordinem · et hec est media · tertia vero penes actionem
et hec est infima · prima enim ierarchia principaliter at
tendit penes scientiam divinam · media vero penes potentiam
ordinatam · tertia vero penes actionem administrativam ·
Si vero secundum statum et officia · sic similiter est triplex · nam
quidam est status contemplativorum · quidam activorum · quidam prelatorum ·
penes statum contemplatorum est ierarchia suprema · penes
statum activorum est ierarchia infima · penes statum me
dium · scilicet prelatorum · assignatur ierarchia media · Tertie autem
divisionis ratio et explicatio · et exponitur hec divisio
habet ortum · quia enim suprema ierarchia · secundum utrumque modum
accipiendi · attendit in scientia et statu contempla
tionis · que consistit in conversione ad deum · ideo cum ad divisi
onem necesse requirat triplex actus · et triplex donum · scilicet ca
ritatis · cognitionis · et dilectionis · ideo triplex ordo ibi poni
tur · quantum ad perfectam tenentiam est ordo thronorum · quantum ad
perfectam cognitionem · ordo cherubin · quantum ad perfectam dile
ctionem ordo seraphin · et hec patet ex suis interpretationibus ·
quia tamen prima ideo quod sua comprehendit hec tria · ideo omnes tres

tatores in hac distinctione concordant. scilicet dyonisius qui dis
tinguit ierarchias penes essencialia, et gregorius qui distin
guit penes officialia illi. Sub dio hec ierarchia vi
detur ex duplici ratione per assignata. Dicendum est ergo
quod si ierarchia uno modo accipitur penes ordinem suum
ordinatam potenciam. habet enim supra ordinatam mediam potestatem.
protectionem virtutis suum potest consistit in tribus. scilicet in presidendo
et penes hoc attenditur ordo dominationum. In
resistendo et penes hoc ordo potestatum contra reprobos
et penes hoc est ordo virtutum. et ordinantur hii ordines
secundum maiorem dignitatem et minorem. quia plus est presidere
quam repugnare, et repugnare quam per se operari pos
se. ideo recte sic ordinantur ordines medie ierarchie a
dyonisio. ut primo ponantur dominationes. secundo potestates et
tercio virtutes. Si autem hec ierarchia sumatur penes sta
tum medium. scilicet prelatorum. sic illi tres habent ordines.
Est triplex prelatio angelorum. prelatio enim angeli in an
gelicos spiritus. et hii dicuntur dominationes. prelatio in homi
nibus et hii dicuntur principatus. prelatio in demonibus
et hii dicuntur potestates. et sic patet ordo secundum dignitatem
prelationum. quia enim plus est presidere angelis quam hominibus,
et hominibus quam demonibus, ideo primo dominationes. secundo prin
cipatus, et tercio potestates enumerantur. et eadem est di
uisio in tercia ierarchia. duplici ratione per assignata
deprehendi. Si enim tercia ierarchia sumatur penes actionem
ministralem. sic triplex est ordo angelicus. secundum quod triplex
contingit deputari ad regimen alterius vel multi
um. quidam enim sunt angeli ordinati ad regi
men principum. et hii principatus dicuntur. quidam uero
ad regimen multitudinis. et hii archangeli. quidam
ad custodiam persone singularis, et hii dicuntur arch
angeli. et sic patet et ordo et sufficiencia eorum illorum
ordinum. quia plus est presidere principi quam uniuersitati.
princeps enim preest toti genti, et plus est deputari
ad custodiam multitudinis quam ad custodiam persone
singularis. et per istum modum distinguit et ordinat
dyonisius. Si uero accipiatur penes operationem uite ac
tiue. sic etiam triplex est ordo, quia contemplatiua uita est uel
aut enim ministerium consistit in exprimendo aut in docendo
in docendo aut maiora aut minora. primum est
virtutum, secundum archangelorum. tercium angelorum, et patet ordo.
quia plus est facere quam dicere illud docere, et reuelare
maiora maius est quam reuelare minora. et penes
hunc modum sumpsit distinctionem tercie ierarchie gregorius.
Et ex hiis apparet ratio harum diuersitatum. apparet
etiam diuersificatio inter gregorium et dyonisium. quia enim diuersi
mode distinctionem ierarchie considerant. ideo et diuersio
nes ordinum tripliciter diuersimode assignauerunt.
Si enim utriusque horum sic non posset esse vera. scilicet quod

principatus sit de media ierarchia et infima et illi
virtutes que confundunt igitur ierarchias et ordines.
queritur quod istorum sit uerius. et cum magister innitendo est sic.
et quod adhuc. quia magister quod innitendum est dyonisio. tum
quia ipse didicit sic dicitur a paulo et tradidit sicut au
diuit. tum quia gregorius in informatione eorum qui de hac ma
teria dicat ipsum auctorem inducit. tum et quia sic expe
dius patet dyonisius distinctionem ierarchiarum sumpsit penes
ea que sunt ipsis angelicis spiritibus intrinseca et essen-
cialia. et ideo sic ordines distinxit. sicut hunt collocati
in celis. Gregorius uero plus pensauit opera et officia. uero
sic distinguit propter quod plus prevalet ad erudici
onem nostram. nec unus contradicit alteri. nec unus
alterius retractat. sed alium modum distinguendi as
signat. tum propter diuersitatem considerationis in principio.
tum propter diuersitatem considerationis in fine.

Distinctia predictorum et eorum que magister dicat
in litera, ut melius inquisitia perdamus. de ordine
angelorum queruntur ix.

primo queritur de ordinibus in comparatione ad suum substantiam.
secundo in comparatione ad eorum complecionem.
iii. in comparatione ad distinctionem preambula.
iiii. queritur quantum ad nominationem.
v. quantum ad reparationem.
vi. quantum ad prelationis euacuationem.
vii. quantum ad numerum.
viii. queritur in comparatione ad suum oppositum.
ix. et ultimo in comparatione ad spacium.

Primo ergo est questio de ordinibus angelorum in compara- Phil. 5. d. 3. q. 2
tione ad suam substantiam. Et quod uidetur quod angeli
diuersorum ordinum sint diuersarum specierum per naturam. et quod
sic uidetur. multiplex angelorum maior manifestat diuina
potentiam et sapientiam et bonitatem et maior multiplicatio ad
maiorem spectat manifestationem. sed maior est multi
plicatio que est secundum numerum et speciem quam que est solum
secundum numerum. ergo in angelis reperitur utraque.
ergo angelus differt ab angelo secundum speciem. sed maxime
differunt angeli diuersorum ordinum. ergo uidetur quod specie
distinguantur. Item angeli diuersorum ordinum magis
differunt quam angeli eiusdem ordinis in simplicitate que est
primum attributum. ergo per rationem in simplicitatis dis
tinctione. ergo angeli eiusdem ordinis saltem differunt
numero. angeli diuersorum ordinum differunt plus quam
numero. sed maior differentia quam ea que est secundum numerum non est nisi
ea que est per speciem. ergo etc. Si tu dicas quod diffe
runt magis aliqua differentia accidentali. Sic aqua diuersorum fon
cium magis quam aqua eiusdem fontis. Contra. Item quia ma
gis differunt in simplicitate essencie. Sed simplicitas essencie
non est accidens angelo. cum nullo modo possit intendi

et remitti in eodem angelo. Sed certe illa proprietas ergo facit essentialiter differre. ergo idem quod prius. Item hoc videtur. cum sit triplex vita vivendi scilicet vegetativa, sensibilis et intellectualis, in genere eorum que vivunt vita vegetabili est ponere diversitatem non solum secundum numerum sed etiam secundum speciem sicut in plantis. et similiter in genere eorum que participant vitam sensibilem sicut in animalibus. ergo pari ratione in hiis que participant intellectualem vitam. sicut in angelicis spiritibus. Si ergo est ibi differentia secundum speciem cum maxime attendatur angelorum differentia in diversis ordinibus. patet etc.

Item sicut ornatus luminosa sua varietate decorat celum et tamen sunt omnia luminosa. ita angeli suo modo decorant empyreum. unde dicuntur astra matutina. Iob xxxix. Sed luminaria celi differunt specie non numero solo quia habent operationes et impressiones omnino diversas et speciales. ergo pari ratione et angeli qui sunt ornatus empyrei.

Contra omne quod est plurale ab origine dispergitur et quod approximatur originis colligitur et unitur sicut patet in numeris. patet etiam in linea et in aliis. Sed angeli semper proximi sunt principio omnium scilicet deo. ergo debent habere unitatem. Sed non possunt unum secundum numerum. ergo debent secundum speciem completam.

Item contingit reperire spiritualem sive rationalem sine coniunctum et separatum. sed non coniuncta non est nisi unius speciei. ergo nec separata. Si tu dicas quod hoc venit ex parte corporis. hoc nichil est. quia non anima propter corpus. sed corpus propter animam. et tamen quod imprimitur corpori per speciem diversa fuisse facta ab initio si congruit spiritus ideas esse secundum speciem diversos.

Item multitudo angelorum facta est ad illius civitatis plenitudinem et decorem. sed in illa civitate maxime attenditur unitas et connexio et conformitas. ergo cum conformitas unius nature faciat connexionem in civitate et ipsam adiuvet. propter quod et ut sancti dicunt deus voluit non tantum homines facere similes. sed etiam omnes ex uno homine. ergo etc.

Item angelica natura est capud universi. ergo vel cum capud sit unius speciei non unum in diversis et capud et membra debet esse in uno. sic ergo connaturata est in corpore. ergo magis debet esse unitas secundum speciem.

Item ruina angelorum reparatur per homines qui sunt eiusdem speciei. sic ergo competenter et congrue reparatur. videtur quod omnes ruentes fuerunt unius speciei. Sed de quolibet ordine sunt lapsi. ergo omnes eiusdem etc.

Respondeo. quod circa hoc duplex est opinio. et utraque probabilis. una est quod in angelis est diversitas secundum speciem. et hec communiter esse videtur ut dicitur sit. quia unum genus et ordines et tres faciant species. et ad hoc ponende moti sunt tum propter diversitatis ostensionem. tum propter similes et alius rationes. tum etiam propter eiusdem receptos in ipsis angelis. cum enim angeli eiusdem ordinis aliquo modo se excedant. videtur quod angeli diversorum ordinum et ierarchiarum adeo se excedant. quod et habeant in ipsis et genere diversitatem.

Alia positio est quod angeli omnes sunt eiusdem speciei tum propter illius unionem civitatis. tum propter universi perfectionem. Sed autem utraque istarum positionum habeat probabilitatem. quia tamen secundum vitam non necessitat nobis diversitas exponimus et videtur quod illi qui angelis sunt hanc materiam tractare sicut Dionysius. diversa ipsorum et congnoverunt et officium ipsi dicunt quod omnia que sunt omnium ordinum in omnibus reperiantur. sed magis excedentes in uno. unde magis tenet et probabilius positio. non occurrat manifesta auctoritas in contrarium. quia omnes angeli sunt eiusdem speciei. sic et omnes homines et quod ad hominibus est gradus et ordines et quod ad nullam et quod ad omnia communia sunt dignitates. et quo ad gratiam salva tamen unitate speciei. sic in illud est in angelis. Unde rationes ad hanc partem inducte.

Ad primum ergo quod obicitur de manifestatione dicendum quod deus non manifestat veritatem nisi salvo ordine sapientie ordinantis mundum et salva proprietate nature. Similiter salva congruentia et perfectione civitatis superne. quam ergo causa complecatur in in uno dat ei consummationem. ideo una est in specie. Rursus quia supremus et optimum angelus quia est differens in tales unum est. non habet coniunctionem cum inferiori. ideo non angelica dicitur esse una. Rursus quia illa civitas dicitur esse unica et perfecte restaurata. ideo dicitur esse una. et homines possunt et assignari suo numero esse homines et angeli essent unius speciei. dicimus quod angeli non coniunguntur hominibus unitate generationis. Sed ex ergo beneficio et ideo similis angelo. quia ille istum adiuvat. iste illum reparat. quod non esset si essent eiusdem nature. et ideo utrique congruit civitati superne.

Ad id quod obicitur de magis et minus. dicendum quod intensio et remissio per proprietates inseparabiles non variant speciem per se et si aliqua communiter diversitate speciei inveniuntur. fortassis quam convenit diversam mixtionem elementorum. si attenderetur secundum qualitates actuales sicut dicitur aliquam in quarto grandiu. differentia accidentalis ipso simplici autem longo non habet intentionem propriam. quia maior est in tanto et gradus in graciis et primus quod in nubibus proprietates et tamen non differunt specie. sed solum accidentaliter. non videtur si non attenditur in eodem gradu non est essentialiter. sic nec de angela.

Ad illud quod obicitur de possibile de aliis viventibus et luminaribus dicendum quod ratio ad non est simile. nec intensione. nec ratione. in tantum non. quia illa habent diversas operationes specificantes. non sic angeli. Iterum illa sunt ordinata ad diversas necessitates. angeli vero omnes ad unum principale. Rursus in illis completiva connexio et unitas. in actuali multi fortius. et habitatio angelorum est uniformis. et per magis distant ab uno et a uno solo etc.

Secundo queritur que sit distinctionis ordinum principalis causa. utrum scilicet sit animal vel angelus et quod animalis

propter quod dicit in littera. superiores sunt, quia non sunt magis
subtiles et intelligentia apti, et perspicaces. Ergo si ordo attenditur
dicit quod sub et supra, videtur quod ordo angelorum sit a natura. Item
supra d. iij. in exordio sue conditionis alii superiores
alii inferiores dei sapientia constituti sunt. Sed quod hunc
ab exordio sue conditionis est eis naturale. Ergo distinctio ordi
num est in eis a natura. Item in questione dicit quod facta ruina
diaboli, fuit in ea distinctio et ordinatio, ita quod ita fuit naturalis uni
cuique. Ergo nobilissima creatura scilicet angelica, apta
sue conditionis debuit facere in ipso instanti [illegible] et ordine,
sed ergo est a natura quod eis ab initio inditum patet et cetera. Item
gratia gratum faciens est unitiva et assimilativa. Si ergo quod est principium
uniendi, non est principium ordinis distinguendi. Videtur quod distinctio
ordinum non sit a gratia et cetera, et a gratia vel a natura, ergo et cetera. Contra
sed obiicitur per diffinitionem ordinis quam ponit in littera. Ordo est
multitudo celestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratie
similantur. Ergo videtur quod absque munere gratie in angelis non sit ordo.
Item supremus ordinum omnium est ordo sera
phin. Sed seraphin ordo est ab ardore dilectionis et caritatis.
Ergo principium et precipuus ordo est a gratia. Si ergo omnes alii ex illo
pendent, videtur quod nullus ordo in angelis sit sine dono gratie.
Item quantum dicitur sicut dicitur [illegible]. Quia tanta dignitatis gratia
replentur, ut in eis sedeat deus. Si ergo deus non dicitur
sedere nisi in habitaculo non per gratiam gratum facientem. Ergo ordo throno
rum non est nisi a gratia. Ergo pari ratione videtur de aliis. Item deus
non perfecit hominem bonum per naturalia sed per merita. Ergo si distinctio
ordinum sit secundum diuinam acceptionem, non est per naturalia. Sed per gratui
ta. Respondeo dicendum quod sicut patet ex diffinitione ordinis sup
posita, ordo et cetera a natura, et est a gratia. Sed a natura tanquam a preambula
dispositione, a gratia tanquam a completiva perfectione. Et di
co de illis ordinibus per quos attendit dionysius ierarchi
am in supernis spiritibus. Sicut manifeste apparet ex officio et
actione et nominatione ipsorum ordinum. Inter quos precipuus
ordo est ordo seraphin, qui denominatur ab ardore dilec
tionis, qui non est in angelis consummata nisi per gratiam.
Et ideo concedo quod ordinum principalis distinctio non potest esse
a natura. Ad primum ergo quod obiicitur in contrarium. Dicendum quod duplicitur auctor
magistri. quod primi alii aliis sunt superiores. Dicendum quod per hoc
non concludit quod ordines sint a natura sicut a causa completi
ua, quia non quelibet superioritas et inferioritas facit ordi
nem completum, sed ea solum in qua consistit ratio ordinabilium
completiva. Sed ea solum in qua est ad officium et [illegible].
Ad secundum quod obiicitur, quod modo est, respondeo et ordo est a natura. Et quod
uocatio est in ordine ipse est legitur, ibi de ordine qui
causalis dicitur ordinata per comparationem ipsius ad finem. Or
do vero angelorum attenditur secundum precellentiam ipsorum ordi
nabilium inter se, et completam non est inter angelos non con
similes, nisi per dona gratuita capacitatem non complentem. Ad
quod obiicitur, quod gratia unit, ergo ordines non distin

Ad distinctionem ordinum, [illegible] sicut a causa preparatoria et materiali. Ad omnes
[illegible] quia a principio completiuo et formali. Ab officiorum diuersitate, quia causa finali
[illegible] a diuina ordinatione sicut a causa efficiente.

guit sicut perficit. Dicendum quod est loqui de gratia gratum ad habitum
quia omnes habitus et quantum ad usum et quantum ad statum sunt signum
gratum faciens unitatis et conformitatis quantum ad habitum, quia
omnis habitus gratuiti sunt in omnibus, distinguit tamen quantum
ad usum et ordinem quantum ad statum, pro eo quod usus
diuersificat in diuersis et status unus in gratia est ex
cellentior statu alterius. Et hoc est quod facit in superioribus
consilium gratiam ordinem et gradum. Et hoc non est in angelis
est intelligendum.

Certo queritur de ipsis ordinibus, quantum ad dispositionem pre
ambulam, et cum hic sit naturalium capacitas et
precellentia, et quod utrum secundum maiorem capacitatem
naturalium dentur adeo maiora dona gratuita. Et
quod sic videtur per illud quod dicitur Matth. xxv. Dedit unicuique secundum
propriam uirtutem, constans est quod loquitur ibi de dato superad
dito naturae. Ergo si secundum uirtutem naturae dedit, videtur quod secundum
meliora naturalia sunt et maiora gratuita. Item
magister supra d. iij. qui non magis subtiles et capaces
plus et spicacius creati sunt, hii maioribus gratie
muneribus preditii sunt, et hoc ipsum dicit in littera. Ergo videtur quod
maiorem gratiam dedit secundum maiora naturalia. Item ad hoc
videtur esse ratio materie dispositionis ad formam, secundum maiorem dignitatem
et melius disponit, deus nobiliorem dat formam. Ergo cum
naturalia sint sicut dispositiones quedam ad gratuita, quanto
quis habet meliora naturalia, tanto deus dabit ei maio
ra dona gratuita. Item ratio quia deus non dat homini
gratiam, est quia hic non accipit. Ergo cum ipse sit se promptus
et paratus dona sua liberaliter infundere et liberalitas eius
sic excedat omnem capacitatem, videtur quod de capacitate
naturae non dimittat vacuum, quin quantum plene se communicat ad eum.
Et similiter restat quod qui meliora habet naturalia, cum maioris
gratie sit capax, maiorem habebit gratiam. Et hoc videtur so
nare verbum prophetis domini, quod dedit unicuique secundum multi
tudinem in quantum capax erit. Item sicut gratia est
dispositio ad gloriam, ita bona natura est dispositio ad gratiam. Sed deus
ei qui habet ampliorem gratiam, ampliorem dat gloriam. Ergo ei qui
habet meliora naturalia dat meliora gratuita. Si tu di
cas quod hic non est simile, quia gratia meretur gloriam. Ergo ei qui habet meli
ora naturalia non sic meretur gratiam. Obiicitur tunc quod qualiter sit comparato dispo
nis, sed tamen ratio est quia gloria perfecte complet naturam. Ita quod
nulla in ea remanet appetitus incompletus. Si ergo gloria implet
naturae capacitatem, aut non magis capax, magis habebit
de gloria, aut non erit glorificata. Si ergo secundum maiorem capa
capacitatem naturae est maioritas glorie, et quantitas glorie
correspondet quantitati gratie, ergo secundum maiorem capacitatem
naturalium attendetur maioritas gratie. Item finis imponit
necessitatem hiis que sunt ad finem. Sed non factum est propter gloriam nec [illegible]. Sic
deus preciens et predestinans facit animam, cum quod eam glori
ficet, tantam dabit ei naturalium capacitatem quantum sit eis se

datum gloriam / aut similiter tribuat / faciet ad finem. quod si sic est falsum: perstitit quod eius capacitatis naturalis et quantitas gratie se commetiantur. ergo redit quod prius.

Ad i(d) q(uod) o(bicitur) q(uod) ex nu(m)ero salvator(um) crescit a(n)gelor(um) p(re)miu(m). d(icen)d(um) q(uod) v(er)u(m) e(st)/ q(uod) crescit p(re)miu(m) accidentale. no(n) ta(men) seq(ui)t(ur) ex h(oc). q(uod) ex defectu salutis i(n)currat angeli detrimentu(m) v(e)l dap(n)um. e(st) (e)n(im) s(ecundu)m rei v(er)itate(m). si a(liqui)s sc(ie)t i(n) rei h(abe)nd(e)/ h(ec) solu(m) e(st). q(uando) ex i(m)pedimento alic(uius) remane(n)t indigentia. (et) p(ro)pt(er) h(oc) le(ditur) qui i(m)peditur. h(oc) aut(em) no(n) e(st) sic i(n) p(ro)posito. q(uia) q(uam)vis ille qui custodit(ur) dap(n)etur/ n(i)chilo(minus) ta(men) angelus h(abe)t suu(m) p(re)miu(m) salvu(m). (et) q(uod) adgaudiu(m) q(uo)d h(abe)t i(n) eo. (et) q(uod) adgaudiu(m) q(uo)d h(abe)t i(n) se ip(s)o. s(cilicet) de bono suo. gaudebit ei de bonis op(er)ib(us)/ q(ue) e(st) illu(m) fecit q(uem) custodivit. (et) q(uod) (et) adgaudiu(m) q(uod) h(abe)t in alio/ q(uia) cu(m) unus cadit alt(er) corona(m) sua(m) accipit. sic(ut) fuit ex p(ro)positu(m) i(n) p(ro)l(ogo). io (et) ruina angelica non reparatur ex illo q(uem) custodit/ reparab(itu)r ex alio. q(uam)vis ergo p(ro)p(ter) culpa(m) illi(us) ne de eo gaudeat paciatur i(m)pedimentu(m). (et) ex tali ca(us)a p(ro) fa(ct)is dicit aug(ustinus). ip(su)m e(ss)e culpand(um). nullu(m) ta(men) ex h(oc) i(n)currit detrimentu(m).

Ad i(d) q(uod) ob(icitur) q(uod) angelis malus gaud(et) de dap(n)atione (et) c(etera). d(icen)d(um) q(uod) n(on) est sile. q(uia) sic(ut) no(n) e(st) reperire malu(m) o(mn)i(n)o i(m)p(er)mixtu(m) bono. est ta(men) reperire bonu(m) o(mn)i(n)o i(m)p(er)mixtu(m) malo. sic(ut) reperit(ur) anglor(um). aliquo mo(do) admittit gaudiu(m). h(oc) i(n) p(re)miu(m). S(ed) p(ro)fecta b(ea)tificatio n(u)llu(m) patit(ur) secu(m) to(rmentum)

q(ui)a angeli n(on) dole(n)t d(e) dap(natio)ne eo(rum) q(uo)s custodiu(n)t p(ro)p(ter)

Gaudii plenitudine(m) — e(st) i(n) l(ite)ra
Boni adepti stabilitate(m)
Affectus rectitudine(m). q(ui)a regulat(ur) s(ecundu)m rectitudi(ne)m iust(itie)
Boni mag(is) d(i)l(i)g(un)t (et) divine iusticie equitate(m). q(ua)m i(n)d(igen)t(ium) salute(m)
Statu(m) sui p(er)fectione(m). q(uia) sic(ut) s(un)t i(m)passibiles sic (et) co(m)passibiles.

vel gemitum. Ex predictis patet illa duo que ultimo queruntur. scilicet de voto et premio angelorum custodientium malos. Voluit enim malos quos noverat esse presciatos vel voto absoluto damnari. Quamvis autem ipse eos vellet salvari, et ideo non custodiunt invite. quia quamvis sciat se frustra laborare tamen quia retrahunt ne incurrat maiorem damnationem. Quadruplex ergo consuevit premium speciale custodie assignari. Est enim animarum? [illegible] est ut proficiat anima in bonum gratie. aliud ut non cadat in malum culpe. Tertium est si cadat quod postmodum resurgat. Quartum est ne decens vel in tantum in malum cadat. quod vel ad quod adversarius incitat. possit tamen aliter dici quod non est angelis revelatum qui eorum quos custodiunt salvari debeant vel damnari. Sed tamen non est certum. Dicendum vero quod sicut duplex est finis artificis. unus in se. alter in alio. sicut patet in rhetore. cuius finis est loqui ornate et hic est finis in se. et alter in alio persuadere. et hic est finis in alio. sic et duplex est premium angeli accidentale. unum quo gaudet de bonis operibus que fecit. aliud quo gaudet de salute eius quem custodivit. Et quantum ad artificem si habeat finem primum et careat secundo. nichil preter debitum habet methodum. si ex contingentibus nichil omisit. sic angelus qui fideliter custodivit eum qui ex sua culpa damnatur. premium habet mutuum et primum. dum de bonis suis operibus gaudet. Gaudium autem secundum quod est de multiplicatione bonorum operum. non est premium speciale. cum non sit de summo bono. sed accidentale. nec tamen est aureola. quia non omne premium accidentale est aureola. sed secundum solum quod habet pro excellentia.

Circa partem istam sunt dubitationes circa litteram. et primo quod dicit ipse. Unaquaeque anima ab ortu nativitatis habet angelum delegatum ad eius custodiam. quia cum anima parvuli mortui sue nativitatis non possit mereri nec demereri nec sit capax discipline. videtur quod frustra angelus se occuparet circa illum pro illo tempore. sicut si aliquis doctor vellet erudire parvulum vagientem. Quod si tu dicas quod angelus custodit non erudiendo sed adiuvando. sed defendendo quantum ad corpus. contra videtur quod eadem ratione in utero sit puer non natus et natus quantum ad corpus. quod debeat custodiri ante nativitatis ortum. Respondeo dicendum quod sicut dicit ipse. Augustinus intellexit est quod ad custodiam hominis angelus deputatur ab ortu nativitatis. et non solum intellexit de nativitate ex utero. sed etiam de nativitate in utero sequitur ex tunc enim non angelica custodia. Est enim nascituro deputatum. quia illa custodia principalius respiciat spiritum quam corpus. et ideo non dicitur spiritualem angelum ad suam custodiam habere antequam spiritus infundatur. Non dicitur et differentia. quia ex tunc defendere potest et adiuvare. magis tamen secundum tempora diversa. dum est in utero primus potest in tantum et damnari. dum est ex utero ante adultam aetatem post baptismum in periculum. dum est in adulta aetate. adversa potestate precipitur. Ergo per omnia in hiis tribus statibus dicitur sibi angelica custodia deputari. ut per eam ab hiis malis possit eripi. et ab adversario defendi. et hii effectus sunt diversi. [illegible] qui sunt probati [illegible] malo [illegible] parvulus. quod dicunt usu rationis aliquis occultum effectum habeat quantum ad habilitationem et diversionem in bonum. assignare est difficile. Sed negare non est tutum. // Item quod dicit quod constat omnes angelos in cognitione divinorum misteriorum per processum temporis profecisse. hoc enim videtur esse contra Gregorium qui dicit in dyalogo. Quid est quod non videant qui videntem omnia vident. Si ergo viderunt quia a principio temporis eius divinum viderunt quod in nullius cognitione defecerunt. Si tu dicas quod intellexit de omnibus que sunt de necessitate salutis. sic dicit magister in littera. obicitur [illegible] unum solum est illud quod est de esse salutis. quod non debet dici rationabilius quod omnia sciat. quia beatitudo esset in multis. Respondeo sicut essentia divina est ratio omnium et qui cognoscit rationem rei cognoscit ipsam. videtur quod angelus omnes res creatas cognoscit. dum ipsum cognoscit. [illegible] profecerunt per processum temporis. videtur quod eorum cognitio subiaceat transmutationi temporali. et ita non videtur esse beati. Respondeo dicendum quod cognitio in angelis quedam est naturalis. quedam vero est a gratia. Cognitio vero que est naturalis duplex est. quedam enim dicitur esse naturalis quia fuit in spera. ut cognitio eorum que sunt de primordiali mundi constitutione. et quantum ad hanc angeli non profecerunt nec defecerunt. quia quantum ad hanc habuerunt perfectas species omnium aliarum. Alia cognitio naturalis dicitur. cognitio que est possibilis [illegible] sive sit innata sive sit acquisita. et quantum ad hanc bene profecerunt angeli per processum temporis per multiplicem experientiam et conversionem super hiis que de novo fiunt. // Similiter cognitio a gratia duplex est. quedam a gratia fixa. quedam a gratia influente. sicut enim in moribus corporalibus ponuntur quedam virtutes influentes. quedam fixe. sicut vita quedam influens, quedam fixa. sic et intellectus est in spiritualibus mentibus

Nota
Quod angeli profecerunt in cognitione. et quod sic... [illegible]

Nota

in permanentia

Angli congnosc[unt] eam ... perfecit ... inst... una est expre... intellexus ... pleri[que] faciat ... aliqui confirmatio ... erat ... in tercio modo ... in tercio modo ... modo

sunt spiritibus angelicis. Gratia fixa dicitur esse gratia confirma
tionis. cognitio procedens ab hac gratia est visio eter
ne lucis. in qua non proficiunt angeli nec deficiunt.
cognitio vero que est a gratia influente est cognitio
revelationis. que ideo vocatur influens. quia non semper
revelat deus omnia. Sed pro loco et tempore et s[ecundu]m
hanc intelligunt magistri angelos profecisse. non quia
aperius videant verbum. Sed quia revelatio aliqua
facta est eis a verbo. ad primum ergo quod obicitur. quod non pro
ficiunt. quia vident omnia videndo verbum. dicendum quod
primo demum est non perpetuitatis. Sed quia per equalentiam
et sufficientiam. quia cognitio solius verbi a deo sufficiat
angelis. sicut si haberent cognitionem omnis rei in propria.
ad secundum quod obicitur quod vident omnia in eo. dicendum quod speculum
eternum est speculum voluntarium. et ex illud est
voluntarie ductivum. ideo quamvis quis in eo aspi
ciat nichil in eo videt nisi quod vult revelare.
ad illud vero quod obicitur de transmutatione temporis. dicendum
quod et si cognitio beatitudinis tempori non subiaceat tamen
cognitiones et affectiones, et cogitationes angelorum esse
sunt creata nichil impedit variari per tempus. dicit enim
augustinus super genesim ad litteram. quod deus spiritualem creaturam mo
vet per tempus non per locum et sic de angelis debet su
fficiat.

C[apitulum]. xii.

Et de agente vel conditore etc. Super egit
magister de conditore vel spiritualis. in hac parte
parte agit de conditione corporalis. et quoniam creature corpor
alis duo sunt principia, videlicet materialis. formale. ideo
pars ista duas habet. In prima agit de produc
tione creature corporalis. quantum ad principium materiale. et hec productio
dicitur creatio. In secunda agit de productione ipsius quantum
ad principium formale. et hec productio dicitur distinctio. I. d.
xiii. preterea distinctionis operatio fuit etc.
Prima pars continet presentem distinctionem. In qua intendit
agere de modo rerum corporalium productione. et quoniam circa pro
ductionem mundi corporalis due fuerunt sollempnes op
piniones. ideo pars illa duas habet. In prima unam

electam

earum eligit. In secunda vero illa auctorum opinio
nem, deinde illa tetigit. et incipit ibi. de quibus
quidem tetem. etc. Prima pars habet .iiii. particulas. In pri
ma deus conditoris continuat. In secunda diversas opiniones
sectorum circa productionem mundi corporalium explicat ibi. quidam
enim namque sectorum etc. In tertia altitudinem earum opinionum
eligit et explanat ibi. sic hac itaque traditionem
etc. In quarta tuitionem quoddam dubium determinat.
i. attende quod sic dicit augustinus etc. Prima pars prin
cipaliter quod de ipsa materia per modum opinionum plus est electam.
incipit cum .iiii. habet partes. In prima determinat quid fu
erit in informis et confusa. In secunda determinat ubi fuit

\# Non super quod supra tractabat. Intentio vel antecipatio determinat aliis diebus ... facta ... ... illustr...

locata. ibi Nunc super est ut distinctionem etc. quinto
vero tuitionem auctoritate alcuini confirmat. i. iiii. enim
modis ut dicit alquinus.

Dintelligencia huius partis sunt duo que
magister determinat de informi materia corporalium. est
duo incidit sibi dubia.
Primo esse materie in formalitate
Secundo vero esse eius quantitate.
Circa primum queruntur tria
Primo queritur utrum materia corporalium creata sit in omnimoda possibilitate.
Secundo utrum creata sit in plena actualitate.
Tertio utrum creata sit sub aliqua formarum diversitate.
Circa primum sic proceditur.
Et ostenditur quod materia creata sit in omnimoda possibilitate. itaque
nullam habuit formam. per primum. et hoc de symbolo. q
ait sic. primo omnium formarum capacitas facta est
ut ordinaret deus universe certam formam, que formata sit.
ergo videtur quod in materia primum quod primo condita fuit, fuit sola
formarum capacitas. et nulla forma. Item augustinus in .xii.
li. confessionum. Nonne tu domine docuisti me quod priusquam istam
informem materiam formares atque distingueres. non
erat aliquid. non color, non figura, non corpus, non spiri
tus non omnino non erat. Si informitas sine ulla specie. et propter illud
totum prope nichil erat. quoniam adhuc omnino informis erat.
iam tamen erat quod formari poterat. Ex hiis duobus verbis
expresse colligitur quod materia corporum sub omnimoda informitate et po
ssibilitate producta fuit. Item cum primum sit possibile vel quia possibile
est prius esse quam possibilitas. sed materia prior est omni forma.
ergo possibile fuit esse eam absque omni forma. Item ad in
conditionem concurrit duplex potentia. scilicet potentia activa et potentia pas
siva, ut potentia agentis, et potentia materie. sed possibile est primum agen
tis procedere effectum et non conditione. ergo possibile est quod possit
vel capacitas materie sine conditione preexistat omni forme.
Item ex primo sit congruum videtur sic. Si aliquid universum reppe
ritur in universo quod est constitutum ex pluribus naturis totaliter il
lam est prius inveniri. similiter contingit prius inveniri. et reliquum
post. adhuc quia universitas sit completa. Sed res mundana
nec per materiam comparatur et formarum. et ita invenire primum
formam, in qua nichil est de potentie materie, ut potest deum. ergo
erit reperire primam materiam, in qua non erit de actualitate forme. sed
hoc non fuit nisi in mundi exordio. ergo videtur quod materia pro
ducta sit sine omni forma. Item deus est agens ordi
natissimus. ergo ab extremo in extremum pervenit per
medium. Sed medium inter omnino non ens. et ens in actu
est ens omnino in potentia. ergo videtur quod deus in productione rerum
de non ente fecit ens in potentia, quod produxit aliquam formam,

Contra hoc obicitur. hu. de sancto victore de sacramentis. Credo illam primam materiam
non ideo dictam informem fore, quod nullam omnino formam habuerit.
non quod tale corporum existere potest. et hoc idem magister

Duplex est forma. quedam dat actum vel esse ... primum materie sui hac in possibilitate esse vel fuisse aliquid ... completum et distinctum et ... et ... tantum ...
quod vel dicendum quod materia informis duplex dicitur ... vel propter nomen omnis forme. hoc modo materia ...
non potuit. vel a privatione forme complete. sic dicitur informis puer ...
informis fuit

Cap. xvi.

dicitur uilis. // Item licet omnis creatura sit a forma, et omne quod creatum est, statim post creationem est, ergo uel est forma uel habet formam. Si ergo materia prima creata fuit, uel fuit forma uel habuit formam, et sic eductionis prius. Sed non fuit forma, ergo etc. // Item philosophus: impossibile est materiam separari a morphea, scilicet si materia tempore per existeret omni forma, posset ab ea separari. Ergo non fuit creata carens omni forma. // Item unitas uitalis uel uitatis, similiter modus, species et ordo sunt in rebus, excepta prima forma. Sed impossibile est ad esse uel producta in quo non sit uestigium creatoris. Ergo impossibile est quod educatur carens omni forma. // Item si materia illa careret omni forma, ergo et omni actu, ergo non habet extendi nec locari, nec esse in motu, nec agere. Sed non tale ens non potest existere. Ergo tamen non potuit in suo conditu omni forma carere. // Item materia hoc ipsum quod est recipit a forma, ergo esse illud habet dependentiam a forma. Si ergo impossibile est ad separari ab eo quod esse illud sibi inhaeret, impossibile est materiam posse omnem formam existere. // Ad praedicta dicendum quod intelligentia est nobis, quod duplex est latitudo, aut per existit in se aut secundum quod consideratur ab alia. Si secundum quod consideratur ab alia, sic potest considerari in forma sua per priuationem formae distincte, scilicet per priuationem omnis formae. Et sic dicit Augustinus in xii. confessionum: creationem materiae intellige. Sed alia istius sui essentia est in forma, per potentiam ordinata. Et dicendum sic considerata ipsa formae capacitas sui potentias est per formam. Est enim sequens dicendum quod habet esse non et sic nunquam est potest locum et tempus, sicut potest generari et motum. Et hoc ipsum non solum materia non configuit, immo et impossibile est materiam in formis existere per priuationem omnis formae. Et hoc est quod dicit magister et Hugo de Sancto Victore, et omnes illi tractatores consenserunt, quod illa materia quae prius producta est per creationem non fuit in ordine potentiae sine carentia omnis formae. Unde concedendum sunt rationes ad hoc potentiae inductae. // Ad id quod obicitur quod pro statu est formarum omnium capacitas etc. dicendum de eo quod dicit in xii. confessionum. Dicendum quod Augustinus loquitur de potentia, non de potentia diuinis. Per ordinem naturae prius est materia ordinata in potentia quam sit sub aliqua forma. Et in ordine formarum quam aliquam materiam formatam, quae formationem habet aliunde. Sed in formatione et compositione habet esse praeter non mentis perfectionem ducere. Plus etiam conformatur sunt per aliquam formarum nec positis in per aliquam actum. // Ad illud quod obicitur quod prius potest esse sui positionem, dicendum quod id non sequitur ueritatem, quoniam prius a positione dependet, uel quando ad ipsum necessitatem habet ordinationem uel quando illud quod est prius in una consideratione, posterius est in alia. Omnibus huius decausis fallit positio in proposito. Materia enim a forma dependet, et ad ipsam habet necessitatem ordinationem. Et quamuis sit prior per productionem suae creationis, posterior est in completione. // Ad id quod obicitur de potentiis agentis etc. dicendum quod non est simile, quia potentia agentis non sic dependet et complet per effectum. Sicut potentia materiae dependet et complet per actum.

// Ad id quod obicitur quod est recipit quod ~~est recipit~~ formam per se, ergo et tertium. Dicendum quod quamuis illa non habet necessitatem, sed solum congruitatem, potest esse et in assumptionem. Quia forma illa quae est in fine compositionis nunquam sine materia reperitur. Ad aliud dicendum quod est purior forma, equiuocatur nomine formae. Quia non dicitur in forma prout est perfecto materiae, sed forma nominat in creaturis quod habet esse ordinata actualiter et completiue, et illo modo potest peruenire ad alterius compositionem. // Ad id quod obicitur de ordine in productione, dicendum quod ad hoc quod saluetur ordo in productione non oportet quod quaelibet ordinem naturae habeat ordinem durationis successiuae. Et hoc est in mutabilibus et instantaneis, et non quamuis eius in ipso sit prius, sit non eius et eius actus sit medium, non oportet quod productione sequatur unum et praecedat alterum.

Consequenter quaeritur utrum materia illa producta sit perfecta actu.

Et quod sic uidetur per textum Genesis i. Ista est generatio caeli et terrae in die qua creauit Deus caelum et terram et omne uirgultum agri etc. Ergo in eodem die producta sunt quae prius dicuntur sex diebus fuisse distincta. // Item Ecclesiastici xviii. Qui uiuit in aeternum creauit omnia simul, si omnia simul sunt creata, ergo corporalia spiritualia et omnis corporalium ornatus. // Item Iob xl. Ecce uehemoth quem feci tecum, sed uehemoth est angelus prius factus, et homo ultimo die factus, ergo omnia simul facta sunt. Huius autem contrarium arguit Augustinus per sua opera in hac parte. // Item hoc ipsum ostenditur ab agentis perfecti potentia, dicit enim effectus quod magis est manifestatio summae potentiae, sed maioris potentiae est posse simul omnia producere quam successiue. Ergo magis est declarata diuina potentia producendo materiam cum perfecta actualitate formae simul et semel et collatione quam postmodum cellula successiue educere. Si ergo Deus operatur quod est plenam magis decet etc. // Item perfecti sapientis est ordinate producere. Ergo si confusio repugnat ordinationi, uidetur quod Deus nihil produxit cum confusione cum sit perfecte sapiens, produxit ergo sub ordine, sed ordo praesupponit distinctionem, ergo etc. // Item perfecto effectus attestatur perfecte uolentis et efficientis. Si ergo Deus est bonitatis perfectissimae, uidetur quod statim cum produxit materiam debuit ipsam formis plene perficere cum ipsa sit possibilis et in se exigeret. Si tu dicas quod hoc non concludit quod statim debuit perficere, sed quod ex uoluntate eius et potuit et debuit differre, obicitur hoc quod nullius talis operatur quod citius potest et de excellentia uirtutis et bonitatis est quod effectum suum ~~uelo~~ compleat uelociter. Ergo si tamen non comparatur eius in imitatione diuinae et dicere artis et uirtutis, uidetur quod Deus cum statim complere potuit, quod nulla mora temporis uel durationis distulerit. Sed contra per textum Genesis arguitur, non dicitur quod per vi dierum spatium complevit Dominus opus quod inchoauerat. Ergo uidetur quod non subito in sui ipsa perfecta actualiter producta, sicut facere septem sententiam. Si ergo maior est his septem auctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitas, ut dicit Augustinus, magis standum est huic

sine, quia omni persuasioni humane. Sed dicatur quod rudibus loquebatur legis lator, nec potuit simul dicere, que simul deus potuit facere. Neuter vitare [illegible] sufficiens, quia pro ruditate auditorum non dat ei dare deus eciam deceptionis. Moyses autem [illegible] nouat quod ipsi verba eius ad litteram intelligerent. Ergo sciens docebat eos id unde possent decipi temptare. Item quamvis simul potuit omnia dicere et opera illa exprimere, simul omnia facta esse. Item Crisostomus super Iohannem omelia xxiii. Quod simul creata sunt. Dicit per verba Moysi non simul apparuit per spacium fore. Ergo non videtur quod simul producta sit sub formis. Ad hoc sunt auctores contra sanctorum et doctorum, ut Ambrosius, Ieronimus, Gregorius, Basilius, Dyonisius et Damascenus et aliorum plurium tam grecorum quam latinorum. Item per rationem videtur hoc ipsum quamvis deus possit homines statim in beatitudine collocare et unum in eis perfectione in qua erit post videtur facere, maluit tamen ordine servare, non solum in mundi existencia, sed et in decursu, quia manifestat efficiencie sue manifestat eius sapientia. Ergo similiter videtur quod in prima ratione rerum ex [illegible] non tantum servavit ordinem quo ad ipsum esse, sed quo ad ipsum producere simul facere. Ergo non videtur quod omnia simul produxit sed successive. Item divina potestas non tamen manifestatur in productione forme, sed et tamen et ampli manifestatur in productione materie, quia per maiorem sui capacitatem magis declarat efficiens patere. Sed tanto maior est capacitas in materia, quanto maior est in ea informitas. Si ergo ad manifestationem divine potestatis debuit materiam produci capax secundum quod erat possibile, videtur quod deus debuit eam producere in tanta informitate in qua tamen possit aliquo modo subsistere. Ergo non sub perfecta formarum distinctione. Item in tempore sex dies nulles simul esse. Ergo in tempore est hec intellige quod deus simul omnia produxit et non ea produxit per vi dies. Oportet ergo secundum positionem qui ponit omnia simul esse producta senarium aliud dierum intelligere spiritualium, et in luce spirituale et nocte spirituale. Ergo simul omnia sunt producta sicut in instanti omnia sunt lux et tenebrae, id est boni angeli et mali. Ergo non fuit mora inter creationem et lapsum, quod est supra improbatum et ostensum est esse contra Augustinum. Item cum sacra scriptura ordinat opera vi dierum, aut ordinat quo ad ordinem durationis, aut quo ad ordinem nature, aut quo ad ordinem dignitatis. Si quo ad ordinem dignitatis, cum homo sit dignissima creaturarum, debuit esse productus ante omnia prima die. Si quo ad ordinem nature, ergo producto sole et luna ante productionem plantarum et herbarum. Restat ergo quod sit de eo quo ad ordinem temporis sive durationis. Item ad predictorum intelligentiam est notandum quod circa hanc questionem duo sunt sanctorum opiniones. Quedam enim sunt [illegible] et hanc quedam magis secuti sunt hanc viam catholicam et theoricam

rationem ad ea que sunt fidei. Quidam vero inter quos precipuus fuit Augustinus secuti sunt viam philosophicam, quam licet posita magis videtur rationi consona, verum tamen scripture tenuerunt quod rationis confirmatione et attestatione. Verum cum videatur irrationabile asumma potestate omnia producere simul et mora temporis intervenientis nulle videatur esse utilitatis vel necessitatis, posuit omnia simul esse producta. Sua ponens confirmans per auctores sacre scripture et exponens eos, quia videntur sibi contrarie, videlicet de dierum distinctione, ostendens quod illi dies non fuerunt dies temporales, sed potius spirituales. Quia omnes simul potuerunt esse et hec positio multum fuit rationabilis et valde subtilis. Propter quod ad hanc positionem videntur et talis scripture distinctionem. Et securius est et magis munitum intellectum narrationis scripture supponere, quia ipsam aliquid in distinctione hec sicut communis [illegible] et quod precipue alii que secuti sunt sic intellexerunt et posuerunt sic textus et littera sacre scripture genesis sonare videtur. Unde ponentes omnia corporalia simul esse creata in materia, sed non simul, sed per senarium dierum esse distincta in forma. Hanc positionem et similem videtur rationabile quam alia, non tamen est irrationabile sustinere, quia ingenium non rationem non preripiat, sed precedit consequitatem, per ut considerationem sue intellectus percipit, per ut sub lumine fidei captivatur. Est enim hec succedens formationis et distinctionis ratio quadruplex, videlicet litteralis, [illegible], moralis, allegorica et anagogica, spiritualis. Innuit enim quod deus non tamen intendit simul esse quod potest, quia et conveniret creatura quod potest recipere, cum posset dare beatitudinem absque meritis, voluit tamen quod meriti. Sic cum non possit statim perficere, maluit tamen ipsam sub quadam informitate et imperfectam facere, ut eius sua perfectione, quasi in ad dominum clamaret, ut ipsam perficeret. Et hoc id voluit per senarium dierum differre, ut in perfectione nulla simul ostenderet perfectionem universi. Senarius enim est numerus perfectus, quia constat ex omnibus suis partibus aliquotis, in quo nichil deficit neque excessit. Per eas autem aliquotas divinas aliquas [illegible] reddit totum. Ratio moralis est tamen quod erudiatur homo, quia sicut non corporea per se ipsam in formis existit, tunc et formatur cum divina bonitas eius informitati convertit formam. Sic anima formari non potest per se ipsam, nisi deus gratiam suam infundat. Cui et numerus senarius attestatur, quia pro est inveniendi perfectionem universum tempus vite presentis, ut per numerum dies quietis, quia non provenitur ad perfectionem nisi vitam ad consummationem gratie finalis, post quam nulla sequitur vespera. Unde dies septimus non habet sibi assignatum vesperam in sequenti. Allegorica vero ratio est, quia sicut expresse Augustinus ostendit, iam per mundi conditione que distincta est per senarium temporum

In dei [?] super Genesim dicit: Sicut vox est materia verborum, verba autem formata vocem indicant, non autem quod loquitur prius emittit vocem informem, quam possit postea colligere in verba formare, ita creator deus non tempore priore fecit informem materiam et eam postea per ordinem considerationis naturam, quasi secunda consideratione formavit. Formata autem ipse creavit materiam, sed quia id unde fit, etsi non tempore, tamen quadam origine prius est quam id quod inde fit, potuit dividere scriptura loquendi temporibus, quod deus faciendi temporibus non divisit. Quod autem illos vi dies factos quos narrat scriptura in Genesi, exponit Augustinus in iiii et v super Genesim de cognitione angelica, que sex ea rerum perfectione in vi genera rerum facta sunt vi dies spirituales, quorum mane est cognitio rerum in Verbo, et vespere earum cognitio in genere proprio, ut sit in cognitione lucis dies primus; in cognitione firmamenti dies secundus; in cognitione discretionis terre ac maris tertius; in cognitione solis et lune et stellarum dies quartus; in cognitione reptilium et volatilium dies v; in cognitione iumentorum ferarum et hominis dies vi. In hoc quidam secuntur Augustinum ne videantur derogare opinioni ceterorum, ut Hugo de sacramentis parte i capitulo ii. Opinionem ceterorum in dignitate videntur ad similitudinem humane in bellicis suis opus per intervalla temporis temporum ad perfectionem promoveri. Sed post in capitulo sequenti opinionem ceterorum in aliquo derogat. Si per intervalla temporum opus suum ad perfectionem perduxisse dicatur, ita ut in dubitanter aliter facere potuisse credatur.

Sed licet hec Augustinus perinacius asseruit, ut in v et iiii super Genesim, et quod pro nostro modulo vel indagare vel putare potuimus, sed aliam sequentem dierum enumerationem similiter quam non in prophetia figurare, sed in hac conditione ipse melius possit intelligi, et ait diversitate aliud ... fit, ut ego aliam hic ubi congruentiorem forte sit ... neque enim hanc ita confirmo ut aliam que preponenda sit invenire non posse contendam.

tamen potuit exprimere

Nota

Lux spiritualis: lux, id est cognitio bonorum; tenebre, id est cognitio malorum

Secundum ordinem dignitatis

[illegible] 24

spacium decursus mundi presentis. per vi. etates
designatur. ut primus post dies prima etati respondeat. secunda
secunde. et sic deinceps. Set quod plane adaptat augustinus
super genesim ad litteram. quod hic longum esset reperire. Non
est anagogica ut in illa dierum distinctione intelligatur perfectio cognitionis in angelica natura. Vnde augustinus set
quod plane ostendit augustinus super genesim ad litteram. quam perfectionem quidam
uocat ad litteram. quia exponi ista quas alii reputabant anagogice. dixit legis latorem intendisse ad
litteram. non tamen in assignando dierum. sed protestatur ipse in ingenio
suo se in prouidere. sicut patet exponenti intenti iterum.
magis uolebat intellectum ex scriptura elicere. ex quo
scriptura non possit animus phisicus decidere. non propter hec
quod ipsi phisici ibi unius. a fidei ueritate retardari.
sic ipse aliquando fuerat retardatus. magis inquam quam in
tellectum primum exponere. quam in hunc legis lator. et
magis intendit ostendere quod ignotum fuit. quam ibi pro
ul tunc potuit. quod fructum fuit. et in xii. confessionum
ostenditur. quod una et eadem scriptura multiplex per intellectum
et in omnibus sensibus uere. quorum nullus spiritui sancto latuit. ex cuius inspiratione scriptura edita fuit. et
in hoc manifeste ostenditur quod alius non contradicit. — hanc ergo positionem sustinendo ad obiecta in contrarium respondendum est. Ad primum enim
quod primo obicitur de textu genesis. dicendum quod primo dicitur esse per creationem
contineri sed dierum in confudit. ut teneat pro diuisis diebus. uel teneatur zeumatice ut reddat singulis
membris ille recipientis. Ad id quod obicitur de ecclesiastico
xviii. qui uiuit eternum et cetera. dicendum quod scriptura facit
uim inter creare et facere. nam creationem uocat productionem
rerum ex nichilo. factionem uero ipsarum distinctionem. et
hoc significatur genesis. ii. ubi dicitur quod cessauit ab omni opere
suo quod creauit ut faceret. omnis ergo sic in hoc concordat. quia omnia sunt simul producta in materia. non omnia concedit simul esse creata. sed tamen non simul facta. Ad illud
quod obicitur de iob. xl. dicendum quod gregorius exponit. quod tractatur in simultate non temporis. sed in materia rationis. quasi dicat
ecce uehemoth quem feci tecum. id est tui similem in
ratione capacem. Ad id quod obicitur quod maioris potentie
est creatura ... producere in instanti simul. dicendum quod deus potentiam suam magis intendebat manifestare
in productione rerum quam in creatione per modum in forte conditione.
ibi enim magis manifestat sapientiam et bonitatem. et
ut sigillatim et distincte et successiue in productione rerum
suam manifestaret perfectionem potentie. sapientie et bonitatis. placuit
deo actori premittere opus creationis. per modum ibi
magis opus distinctionis. preterea uero opus ornatus
et decorationis. et in primo manifestatur potentia. in secundo
sapientia. in tertio uero bonitas perfecta. sed omnia in quibus
manifestari possunt. et uero bene manifestata sunt post

consummatum esse rerum illa tria. sicut si ipsum statim in fu
isset producta et distincta et ornata. et per hoc patet
duo sequentia que procedunt consimili uia. uidelicet de
bonitate et sapientie perfectione. Ille enim rationes non concludunt
nisi quod deus materiam informem non debuit relinquere. quia hoc esset contra ordinem et perfectionem. sed dum tenetur in
formem ut formaret. et imperfectum ut perficeret. ostendit
et perfectionem et ordinem ac modum dandi. Et si tu ob
icias quod ad perfectionem omnium horum spectat uelociter
efficere perficere et ordinare et distinguere. dicendum quod in
ueritate est non agens agit per totum suum posse. uel non
condescendit possibilitati et infirmitati et utilitati aliene. non
habet uirtutem. et sic est in proposito. sicut enim deus sacram
scripturam nobis tradidit. quam rudi modo et incepto simi
gis possit capere et intelligere. cum tamen in se sit infinitum
thesaurum sapientie et scientie. sic et in formatione rerum quamuis
decebat condescendit in nobis et in eruditionem intellectualis
creature. et quia ex illa dilatione hominis erudiebatur
sicut prius tunc uisum est. sic placuit diuine potestati bonitati
et sapientie rerum formas sub dierum successione distinguere.
cum tamen possit eas subito in instanti distinguere et ornare.

Certo quia utrum in illa confusione creata sit sub
aliqua forma diuersitate. et quod sic uidetur per
textum ipsum. sue conditionis habuit formas celestes
et formas elementares. si tu dicas quod celum constat in
per celo empyreo et tamen per in confusum. obicitur per textum
scripture. congregentur aque in locum unum et appareat ari
da. ergo uidetur quod secundo die terra solummodo fuit non
producta. ergo in ipso chaos uidebatur iam esse elementa.
Item hugo de sancto uictore. non est terra sed terra elementum significatur
puta. si ergo erat elementum terra. pari ratione et alia elementa.
Si tu dicas quod ibi uocatur elementum terre. non quia iam
erat. sed quia futurum erat. contra obicitur per id quod subditur erat
quasi terrenum hoc elementum medio et uno loco subsi
dens. ceteris in confusione permixtis. si ergo permixti
non est elementum sed diuisorum. uidetur quod ibi iam erant diuerse for
me elementares. Item ratione — uidetur per formas que insunt
mixtis formas elementares. sicut patet. quia mixtum illas non est
resolutum non ad ipsam partem. ergo si in illa aliqua forma
habuit confusa. uidetur quod habuit formam elementarem. sed formas
elementares sunt eque primo. ergo uidetur quod simul habuit omnes. Item
constans est per positionem doctorum quod lux illa faciebat
noctem et diem. sed diem non potuit facere nisi esset cor
tranlucens et illuminatum non potuit facere nisi esset corpus opa
cum quod umbram perficeret. uidetur ergo quod in prima conditione
in quadam sui parte fuit tranlucens et in quadam opa
ca. et in quantum habuit formas diuersas. Item uidetur
igneum quod non sit in aliqua eius specie. ergo si in illa er
at quod corpus. erat ergo aliquod corpus simplex

Margin notes: creauit deus celum et terram. ergo uidetur quod tempus — manifestata — noctem

ergo uel simplex uel mixtum. sed non erat corpus simplex.
quia nec celeste nec elementare. ergo permixtum. Item non erat
corpus simplex ergo habebat in se diuersitatem formarum.
Item materia illa cum esset imperfecta habebat aliquem appetitum.
aut ergo aut ad unam formam. aut ad plures. si ad
unam. ergo uidetur cum deus compleuit appetitum eius, quod de-
buit dare unam solam formam corporalem. si ad plures. ergo
cum multitudo formarum appetituum sic erat et multitudo formarum di-
spositionum. et multitudo formarum dispositionum est ex multitudine formarum formarum.
ergo uidetur quod illa materia condita fuit sub formis diuersis.
ergo ¶ Sed contra. Genesis i. terra autem erat inanis et uacua
in sed si esset in formarum diuersitas non esset inanis et ua-
cua. Item alia translatio. terra erat inuisibilis et in-
composita. sed si esset ibi forma celestis et elementaris esset
inuisibil- iam materia aliquo modo composita. Item si erant ibi forme
plures. aut ergo erant permixte. aut distincte. si
distincte. ergo non erat materia illa informis. si permixte.
ergo uidetur quod haberet formam mixtionis. et ita non erat in-
immo formis. immo magis formata. quam si haberet solam formam
elementarem. Item miscella prius producit mixtum. ergo si
in erant forme permixte prius ... quam illa ma-
teria prius est condita. ergo uidetur ordo preposterus quia deus cum
illa fecit elementa in sequentibus diebus. Item si permixte
erant in forme. ergo materia illa magis appropinquabat mixto
perfecta mixtione quam exprimeret elementum. ergo magis
appropinquabat ad opus quinte diei et sexte quam
elementorum distinctio. ergo uidetur quod non debuit productio il-
lius materie describi in rerum primordio. Item si erat
in formarum diuersitas. ergo uidetur quod esset ibi actio et passi-
o ... generatio et corruptio et alteratio. et ita non erat ...
Contra materia informis. cum in tali statu essent operationes que compe-
tunt formis distinctis. Respondeo ad predictorum intelligentiam
a est notandum quod in forte illius materie corporalis diuersimode in-
tellexerunt diuersi. quidam namque uoluerunt dicere. quod ma-
teria illa dicebatur chaos propter formarum multitudinem et contrarietatem
que erant in partibus materie, ita quod ille partes non distingue-
bantur ad inuicem secundum loci certitudinem. nec ita proportionaliter in-
esse iungebantur. ut ex eis resultaret mixtum
ad completum. et ideo erat in quadam permixtione. non proportionis sed
confusionis. et sic non erat ibi proportionalis commixtio.
ita nec erat ibi regularis actio. immo quedam
pugne confusio. ita ut calida pugnarent fri-
gidis. et humida siccis. et sic in te potest materia illa
chaos appellari. sed iste modus ponendi potest esse ...
cus quam philosophicus. quia magis sapit ymaginationem fictionem quam
uerum. cum secundum istam positionem preterit elementa illa materia sic ex
diuersis ... quod nec uero consonat. nec sacre
scripture. ¶ Et ideo est alius modus dicendi rationabilior.
quod materia illa producta est sub aliqua forma. sed illa non erat

completa nec dans materie esse completum. et ideo sic forma illa erat
quam ad hoc ... materia dicebatur informis. non appetitum
materie adeo finiebat. quin materia ad hoc alias formas appe-
teret. et ideo dispositio erat ad formas ulteriores non com-
pleta perfectio. et quoniam ad multitudinem formarum in informi ap-
paret appetitum et inclinationem habebat. ideo quamuis
illa forma non haberet in se uires diuersas. tamen materia in
diuersis suis partibus quandam diuersitatem ... habebi-
lem ... ad diuersos actus completos. sed magis ex appe-
titibus ad diuersa et ideo permixta dicitur et confusa. sicut
exponitur in embrione quod actu habet unam formam
et figuram quandam carnis. illa tamen est dispositio ad diuersas
membrorum figurationes. illa tamen non est omnino simile. quia
forma illa non erat tante actualitatis sicut est forma embri-
onis. nec in tanta propinquitate ad educendum formas
sequentes. sicut forma embrionis ad educendum membrorum
formas. ... embrionis sunt uisibiles et propinquum nec ad perfectam comple-
tionem est producere. illa uero materia sub tali forma ...
erat inuisibilis et ad formas subsequentes sola diui-
na uirtute cooperatione poterat produci. et ideo propter imperfectionem
forme illius materia illa dicitur informis. et propter indeterminatum
appetitum multarum formarum confusa dicitur et permixta.
et hoc posito satis ... intelligi. ... hunc positio-
nem concedendum est quod materia non fuit creata sub formarum
diuersitate. sicut rationes ad hoc inducte ostendunt.
Ad primum ergo quod primo obicitur de textu. dicendum quod ce-
lum stat ibi pro empyreo. et si obiciatur quod septa-
... terra apparuisse non formata esse. dicendum quod si-
cut artifex facit apparere effectum producendo non osten-
dendo solum. sic intelligendum est quod deus fecit terram appa-
rere non solum in separando ab aquis sed in produ-
cendo. in qua productione fuit cum distinctione et distinctio
cum productione. Ad ii quod obicitur quod hugo
dicit primum intelligi elementum terre. dicendum quod hoc dicit non
propter formam terre quia iam in esset illi materie sed propter quandam
aptitudinem in completam que inerat illi parti materie. ut perfi-
ceret ... modo forme terre ... modo ... sicut
ad appellandum est notis ad quod ordinatur. materia in illa
non poterat nisi quodammodo balbutiendo describi. quia
... ... explicari. sed ... intelligi in ymagi-
ne deficiet. ... subiungit de permix-
tione non est hoc de ... quod in fuit ita oppositarum formarum
distinctarum coniunctio. sed quod non erat ibi perfecta formarum
distinctio. Ad iii quod obicitur quod forme elementares sunt
prius in materia. dicendum quod uerum est de formis que dant materie esse
completum. forma uero illa quam habebat informis materia non
dabat sibi esse completum. et ideo tamen formas ... quam
compositas sibi esse completum tribuit precedebat. ...
precedere potuit. Ad iiii quod obicitur quod erat in ...

copiam et dispens

opacu et transpens. dico quod non erat in perfecta opaci
tas nec perfecta transpen. erat tamen indivisis partibus materie
secundum quod conditur ordinatur extremis divisa formas pro
ducere. ac divisus dispositionis modus quem pretende
bat diversitatem formarum sic simulat quod ad corp
in una parte sit levis et in alia parte magis compactum
saltem forme unitate. sic intelligendum est illa materia quam formam habe
bat magis admixta potentie. ad id quod obicitur nichil
est in genere quod non sit in aliqua eius specie. dico quod id verum
est de eo quod est in genere tanquam ens completum. sed materia
illa non sic erat corporea quod esset completa in genere
corporum. sed sic habebat extensionem et corporeitatem
quando habebat perfectam formam actualitatis sicut predictum est prius.
ad id vero quod obicitur de diversitate appetitus. dico quod appeti
tus non semper sequitur formam completam. sed etiam attenditur
secundum appetitus indigentiam et aliquam dispositionem semi
plenam et forte talis sit talis appetitus quem consequitur dis
positionem que est necessitas. sed talis non erat in illa in forma
materia sed secundum gradum maiorem subtilitatis et vinculi in partibus materie
erat dispositio longinqua ad formas diversas.

Consequenter queritur de secundo articulo scilicet de principio materie secundum
esse quod triplex dicatur inquisito.

Primo quantum ad unum.
Secundo quantum ad que.
Tertio quantum ad locum.

Circa primum sic proceditur. et queritur utrum corporum celestium et terrest
rium una sit materia quantum ad esse. super hoc querit est
de unitate materie quantum ad essentiam. et quod sit una videtur. contra
secundum expositores notandum est cum dicitur in principio creavit deus
celum etc. intelligitur materia omnium visibilium et celum
empyreum. ergo si illa una fuit et habuit aliquam
formam ut supra visum est. ergo videtur quod celestia et te
rrestria ex una materia quantum ad esse sit producta. Item
materia illa que quasi formata fuit certum non habebat formam
celestem nec clarem nec contrariam adhuc. ergo si aliquam habebat
formam habebat formam adhuc conveniens et indifferen
tem. ergo videtur quod confusa ad esse formale sit ponere celesti
um et terrestrium materie esse convenientem. Item extensio
consequitur materiam non secundum suam essentiam sed secundum esse cum sit
accidens. ergo si conveniens reperitur extensio in corporibus supe
rioribus et inferioribus. ergo videtur quod una sit materia communis secundum esse
in celestibus et terrestribus. Item lux est non communis secundum
reperta in omnibus corporibus tam celestibus quam terrestribus
cum sit substantia sive accidens. ergo si forma ista communis sit non
est in materia nisi secundum ad esse. ut videtur id quod prius. Item perspicuitas
est similiter reperta in omnibus corporibus tam superioribus quam
inferioribus secundum plus et minus. sed perspicuitas non tantum con
sequitur materiam. sed etiam formam et esse materie non tamen essentiam.
ergo videtur quod communibus corporibus sive celestibus sive terrenis

est ponere materiam unam secundum esse. Item contrarii secundum esse sunt
in una. ergo primo ratione luminosi et opaci et similiter ergo
celi et terre. contra corruptibilitas et incorruptibilitas sicut
vult philosophus non est materia una. sed corpora superiora sunt
incorruptibilia et inferiora corruptibilia. ergo etc. Item
que habent eandem materiam sunt ad invicem transmutabilia. sed
corpora celestia et terrestria non sunt ad invicem transmutabilia
ergo etc. Item materia subiecta privationi et que non est subiecta
privationi differt secundum esse. sed materia in celestibus non est subiecta
privationi. in terrestribus vero est subiecta ergo etc. Item
corpus celeste et elementare non tantum materia differunt forma et equali
tate sed etiam discontinuitate. si ergo continuitas venit
ab unitate materie secundum esse. ab ista ad invicem sunt disconti
nua quod patet quia unum movetur reliquum quiescit.
videtur quod secundum esse celestium et terrestrium non possit esse materia
una. Respondeo dicendum quod cum queritur utrum corpora celestia et terre
stria sint ex eadem materia secundum esse. hoc dupliciter potest intelligi. aut
secundum esse quod materia habuit ante productionem. sive esse quod
materia habuit ante productionem. aut secundum esse quod materia habet. si secundum esse
quod materia habuit ante productionem. sic sine dubio una fu
it materia corporum celestium et terrestrium. quia una fuit
moles habens unam formam incompletam. si secundum esse quod
materia post productionem quod quidem est esse completum. sic absque
dubio differt materia celestium et terrestrium quantum ad esse.
tum quia sub una forma est corruptibilis sub alia incorruptibilis.
tum quia sub una forma est subiecta privationi sub alia non.
et hoc non solum facit diversitatem materie secundum esse quantum ad
actum. immo etiam quantum ad potentiam ordinatam ad actum quia
quod diversitas non est in materia secundum quod est forma elementalibus subiecta.
nam et si materia subiecta igni et aeri habeat aquam et aerem esse
actuale. tamen quia utrobique subiecta transmutationi et privationi
et possibilis ad utrumque. ideo dicuntur habere unam materiam
secundum esse. in celestibus autem corporibus et elementaribus non contingit hoc
reperire. et ex hiis patet obiecta ad utrumque partem.
Prima enim rationes que ostendunt quod celestia corpora et elementa
ria conveniunt in materia secundum esse sequuntur de materia quantum ad illud
esse quod habuit ante productionem. et etiam adiectiones que sequuntur
id esse sicut sunt extensiones et perspicuitas participa
tio. ultima tamen ratio non concludit quia procedit per si
mile de auro et ere et celesti et elementari. non enim
est simile quia aurum et es sunt adinvicem transmutabilia non
sic corpora celestia et elementaria et licet deponatur transmutatio
mundi secundum naturam non secundum virtutem divinam. Rationes vero ad
oppositum concludunt quod materia secundum esse non est eadem in celestibus
et terrestribus post ipsorum productionem sicut patet discurrendo
per singulas. aliter possunt dici et quasi in idem redit.
quod materia quadrupliciter potest intelligi. vel sub unitate tantum. aut
quantum ad essentiam. aut quantum ad esse incompletum et a
completione remotum. aut secundum esse incompletum completioni

Materia quidem subiecta [illegible] non motui [illegible]
[illegible] motui sed mutationi [illegible]
[illegible] motui et mutationi ut corpora inferiora.
hec sed sic eadem secundum genus differunt tamen secundum esse.

Item nota quod tripliciter dicitur materia [illegible]
[illegible] et celestium
sed dicitur quod [illegible] celestibus [illegible]
materia corporalium et celestium spiritualium
[illegible]
[illegible] corporum [illegible]
[illegible]

Quantum ad ... forma situ(?) ...

quedam forme spiritualis ... (?)

primum. aut fuit esse simpliciter completum. Et hic distinguit magister: quod quedam est substantia forme spiritualis tantum, et quedam forme spiritualis et corporalis sive quantitati; quedam forme spiritualis quantitati contineri(?), et in omnibus suis partibus uniformis. Primo modo dicitur esse eadem materia spiritualium et corporalium. Sic superius fuit ostensum. Secundo modo celestium et terrestrium sive corruptibilium corporum et incorruptibilium; et tertio modo corporum celestium et eadem luce terminorum(?). Quarto modo corporum superiorum et inferiorum similium. Primo et secundo modo est eadem celestium et terrestrium, sicut premisse rationes ostendunt. Tertio et quarto modo non. Sic concludunt rationes inducte ad oppositum.

Quod sic videtur, quia quod naturaliter accepit a sua prima origine est ei naturale. Sed esse ymaginem dei convenit homini a sua prima conditione, ergo est ei naturale. Item quod inest omnibus communiter et inseparabiliter, hoc est naturale; sed esse ymaginem convenit homini universaliter et inseparabiliter, ergo etc. *originalis* Item quod convenit alicui per naturales eius proprietates, est ei naturale. Sed esse ymaginem convenit homini per [...] potentias [...], ergo convenit naturaliter. Item esse ymaginem dei non est homini accidentale sed naturale, sicut esse vestigium nulli accidit creaturae. Si ergo homo non est ymago dei naturalis, ergo non erit nisi naturalis sed artificialis. Sed hoc est plane falsum, quod homo sit artificialis. Ergo non ymago artificialis sed naturalis, ergo etc. Item asinus artificialis non est asinus vere, ergo ymago artificialis non est ymago vera. Sed homo est ymago vera, ergo non est ymago artificialis, et si artificialis vel naturalis, ergo etc. Contra. Ysidorus [?] in libro de synodo diffiniens ymaginem naturalem dicit: ymago est eius in qua ymaginatur species indifferens. Sed homo non est species indifferens ipsius dei, ergo non est ymago naturalis. Item Augustinus de x cordis [?]: sicut differt ymago patris in filio et in nummo, sic differt ymago in filio dei et in homine. Sed ymago in filio patris est naturalis, in nummo est artificialis. Videtur quod solus filius dei sit ymago naturalis, homo non solum artificialis. Item hoc ipsum videtur ratione: sicut proprium est personae filii esse filium, ita proprium est esse ymaginem. Sed sola persona filii est filius naturalis et non homo, ergo pari ratione sola persona filii est ymago naturalis, et non homo. Item quod est ab alio per naturam est ab eo naturaliter, sed productio hominis est a [...] dei non est naturalis. *Voluntarium non est naturale dicit [...] philosophorum* Sed quod habet esse ymaginem a quo habet esse productum. Si ergo anima hominis non producitur a deo per naturam sed per voluntatem, non erit ymago dei naturalis sed

uoluntaria. Item ymago dicitur ymitatoria et similitudinem
ergo si ad est ymago alicuius nullus assimilatur est eo in
natura. sed homo cum deo in natura assimilari non potest. ergo non potest
esse eius ymago naturalis. Respondeo dicendum quod est ymma
go dicitur ab actu representandi. nam ymago
refertur ad prototypum ut dicit damascenus. et represen
tando duplex conuenit alicui uel per formam naturalem
uel per formam artificialem. ideo duplex est ymago naturalis
scilicet et artificialis. et si homo non representet per formam
artificialem sed per suam formam naturalem et per hoc et in na
turali distinctione homo non est ymago artificialis sed
naturalis. differt autem dicere ymaginem naturalem et connaturalem.
nam ymago naturalis est que representat per id quod habet
a natura sicut sicut id quod representat conuenit in natura sicut
non est ymago nisi connaturalis dicitur que imitatur et
refertur non solum per id quod habet a natura set per conuenientiam
in eadem natura et sic esse ymaginem conuenit patri uel
tantum ymaginem connaturalem non conuenit homini sed soli filio
dei. Concedimus sicut ergo rationes ostendentes quod homo non
est artificialis sed naturalis. Ad illud ubi quod obicitur in primum
dicendum quod hylarius diffinit ymaginem connaturalem
non naturalem. Ad secundum quod obicitur de augustino dicendum quod non intendit
ponere similitudinem quantum ad naturale et artificiale.
sed quod ad conuenientiam et discrepantiam in natura sicut numerus
est in pictore et non in non conuenit. sed filius eius conuenit sicut ipso
intelligendum est. Ad tertium quod obicitur quod sola proles filius
est filius naturalis. dicendum quod non est simile. aliter enim accipitur
naturale prout adiacet filio. aliter prout adiacet
ymagini. uel dicendum. non differt dicere filium naturalem et con
naturalem sicut differt in ymagine. et ideo hic est instantia. quia
filius dicitur ut ad quem conceptus est de suo principio in illud ym
ago dicitur ut ad quem non naturale dicitur de filio significat
quod exitus filii sit per modum nature. et ita quod est per se
conueniat in natura. sed est dicitur ymago non significat
quod illa representatio est a natura principaliter sine proprietate.
et ideo hic non habet instantiam. quia sicut in ymaginibus
et cum est ymago conueniens non. Ad quartum quod obicitur
quod est animo non est a natura. dicendum quod uerum est ex ea parte
ex qua est animo. unde est creatum a deo per ducatum uolun
tatis non dicitur ab eo exire naturaliter sed uoluntarie.
ex hoc tamen quod uoluntatem representet. immo
est ibi actus. quod uis deus uoluntate produxit
hominem tamen hoc est operatione naturalis. quia diuina uoluntas
fabricauit et fecit ipsam naturam. non sic autem est de
uoluntate artificis creati qui naturalem formam non
potest producere. Ad quintum quod obicitur quod ymago dicitur similitudine
in non sed dicendum quod hoc de similitudine non naturali addita alicui
rei. qui quod non dicitur similitudinem ut aliquid. nec
ut adequate ambiguum reddit locutionem. quia per
dicitur similitudinem. ut in unitate essentie. uel in unitate si
gnis. unde hoc est duplex. naturaliter assimilatur illi
uel ut intelligatur ~~forme~~. quod assimilatur in eo
quod habet animam. uel ut intelligatur formaliter assimilatur
in ipsa natura. primo modo accipiendo sic est uera. homo
naturaliter assimilatur deo. secundo modo falsa. et per hoc in sequitur
ad hanc. homo naturaliter est ymago dei. aliquo
modo non.

Circa quod utrum esse ymaginem dei conueniat
proprie in angelis uel aliis. et quod sic uidetur. Insu
lius hominis conditione dictum est. Faciamus hominem ad y
maginem et cetera. sed hec est nobilissima conditio. quod si daretur
alius nullo modo deberet pretermitti. ergo uidetur quod
nulli alii quam homini conuenit ad ymaginem suam deus
dedit. quod non pretermisit de aliis. et non de homine
tunc est conditio. quod scriptura fecit. Item augustinus in
primo de ymagine. ad ymaginem et simili
tudinem suam deus illum creauit. loquitur de
homine quod nulli alii creature dedit. Item hoc uidetur
per rationem. quia quod superhabundantiam dicitur. uni soli conuenit.
sed ymago dicit similitudinem expressissimam in gene
ratione sed ergo quod conuenit uni soli spiritui. uel uni
soli indiuiduo. Item eo ipso homo est ymago
dei quod immediate tendit in deum. sicut ergo uniuersum
est ordinatum secundum omnem suam partem in proportione quod alia
creature diuersarum specierum ordinantur in deum ex quo
et immediate. ergo uel homo et angelus conuenit et eam
spiritus uel esse ymaginem conuenit soli homini.
Item homo eo ipso quod est ymago dei est finis omnium
aliorum. sed hoc non potest pluribus diuersis speciebus conuenire
et planum est quod angelo non conuenit. ergo non conue
nit uidetur quod esse ymaginem conueniat soli homini. Item
quod homo est ymago dei sunt unibilis diuine
nature. hec autem est eius proprium. ergo proprium homini esse dei
ymaginem. Contra dyonisius de diui.
nominibus dicit quod angelus est ymago dei manifestatio
occulti luminis et cetera. Item anima eo est ymago
dei quo capax dei et particeps esse potest. sed hoc per
tinet angelo sicut anime. ergo non soli homini conuenit esse y
maginem. Item ista est nobilissima omnium condi
tionum naturalium uidelicet esse ymaginem. ergo nobili
ssima omnium creaturarum hoc proprietatis non debuit esse
expers. sed ergo creatura angelica est huiusmodi. probatio et cetera. Item
ymago in est anime secundum superiorem partem sicut in primo libro
ostensum est. sed in illa parte homo et angelus habent
conuenientiam. ergo uidetur quod in dignitate ymaginis
conueniunt. ergo esse ymaginem non est proprium solius hominis.
Respondeo dicendum quod proprium dicitur duplex. est enim proprium simpliciter
proprium aliquis. proprium simpliciter quod conuenit omni et

Circa hoc sic: naturale ad ymaginem dei dicendum quod hoc dicitur naturale per dicere naturalitatem ex parte dei et tunc est extra dei et quod homo sit ymago dei
non sic filius est. sed autem naturale dicitur naturalitatem ex parte hominis et tunc est uere extra hominem est quod homo sit ymago dei non sicut conuenit.

soli. Proprium alicui est quod convenit omni contento sub illa specie, ita quod quibusdam aliis convenit, quibusdam minime. Sic esse bipedem proprie convenit homini respectu quadrupedum, non respectu volatilium. Dicendum est ergo quod sic esse rationale vel intellectuale non est proprium homini simpliciter, quia convenit sibi cum angelo, sed est proprium respectu rerum corporalium. Sic esse ymaginem proprie convenit homini respectu brutorum, non tamen respectu angelorum, immo convenit hominibus et angelis, sicut ostendunt rationes ad hoc inducte. Ad primum ergo quod primo obicitur in contrarium, quod scriptura non exprimit, dicendum quod scriptura non dicit conditionem angeli expresse. Ideo non est mirum si non dicit eius modum, non dicit eum ad ymaginem esse factum. Si autem quis querit quare non dicat, hoc dictum est supra d. xiiii. Ad secundum Augustinus non excludit creaturas spirituales, sed creaturas corporales et visibiles, cum dicat quod nulli alii creature dedit. Item hoc dicit propter aliquam proprietatem representationis quam deus dedit homini, non alii creature spirituali vel corporali, non propter rationem ymaginis principalem, que consequitur omnem naturam rationalem. Ad tertium quod obicitur quod est similitudo expressissima, dicendum quod superlativum dupliciter potest exponi. Uno modo per suum positivum, et valde ad dubio, ut albissimum, id est valde album, et sic intelligitur cum dicitur ad ymaginem. Et non oportet ipsum angelum supponi. Alio modo superlativum intelligitur respective, et tunc dicit excessum respectu omnium ad que comparatur, et hoc modo non potest concedi, et sic non accipitur in proposito. Ad quartum quod obicitur quod eo ipso quo est ymago est finis, dicendum quod ista non est tota ratio, immo quia sic est ymago in anima quod ex parte corporis cum omnibus corporibus habet quandam convenientiam, et ideo solus homo dicitur omnis creatura et totalis, propter ipsum quandam finem et ad ipsum reductum. Ad quintum quod obicitur de unione, dicendum quod etsi ratio ymaginis sit dispositio ad unionem, non tamen est dispositio sufficiens de se, nisi competat hoc propter proprietatem culpabilem in finita, et hoc est reperire in homine, non in angelo, sicut infra melius patebit in tertio. Ad presens autem sufficiat quod quicquid sit de unibilitate, ymago tamen ubique consequitur creaturam rationalem, in quantum omnis creatura rationalis est ymago divine essentie ordinis, que superius in primo questionibus explanata fuit.

Consequenter queritur de ymagine per considerationem relata, et circa hoc queruntur tria.

Primo queritur utrum ratio ymaginis principalius reperiatur in angelo quam in anima. Secundo utrum principalius in viro quam in femina. Tertio utrum principalius reperiatur in cognitiva quam in affectiva.

Circa primum sic proceditur. Et quod ratio ymaginis principalius reperiatur in angelo quam in anima, quod videtur super Ezechielem xxviii: Tu signaculum similitudinis. Glossa: quanto subtilior est natura, tanto in ea ymago

[margin: vel similior]

dignitatis similius insinuatur impressa. Item sapiens artifex in nobiliori tabula nobiliore describit picturam. Si ergo ymago in creatura est quedam pictura tabule impressa, sicut dicit magister in littera, ergo perfectiori et nobiliori modo ymago dignitatis inscribi debet in angelo quam in anima. Item ex eo dicitur creatura rationalis ymago quod capax dei est. Sed angelicus spiritus capacior est quam humanus, cum sit virtuosior et expeditior. Ergo in eo ymago divinitatis est eminentius impressa. Item ymago consistit in memoria, intelligentia et voluntate. Sed memoria perfectiori modo habet actum suum in angelo quam in homine, similiter intelligentia et voluntas. Memoria enim eius tenet sine oblivione, et intelligentia intelligit sine inquisitione, et voluntas diligit sine retardatione, quorum opposita sunt in anima. Ergo etc. Contra expressius representat summam trinitatem quod representat non solum quantum ad unitatem substantie sed etiam quantum ad distinctionem personarum et connexionem personarum, quia in homine est personalis distinctio per originem, in angelis autem non. Ergo expressius representat trinitatem homo quam angelus. Sed in quo est expressior representatio est expressior ymago. Ergo etc. Item evidentius imitatur alterum quod imitatur quantum ad substantiam et modum existendi quam quod imitatur solum quantum ad alterum. Sed anima representat trinitatem summam et prout est in se ipsa et prout est in rebus, ut sicut in qualibet parte corporis sit tota, sic summa essentia est in creatura. Ergo expressius imitatur deum quam angelus. Sed quod expressius imitatur, excellentius sua ymagine insignitur. Ergo etc. Item expressius representat deum quod representat seipsum non solum in se sed in quantum est principium aliorum, quam quod aliquo modo tantum. Sed homo representat deum non solum ut ens est in se, sed etiam ut est principium aliorum, quia sicut ex uno deo omnia, ita ex uno homine omnes homines, sicut dicit glossa i Cor. xi. Ergo si quod expressius representat rationem ymaginis participat eminentius, patet etc. Item plenius representat aliquid qui representat ipsum per maiorem accessum ad suam totalitatem. Sed homo representat deum in quantum est exemplar et spiritualium et corporalium, angelus autem alterorum tantum. Ergo in homine excellentior reperitur ymago. Item quanto aliquid magis consistit exemplari, tanto magis conformatur ei, et quanto magis natum est uniri, tanto magis natum est conformari. Sed natura humana unitur divine in unitate persone, quod non facit angelica. Ergo expressior est in ea ymago quam sit in angelo. Item per considerationem philosophi: si optimum in uno genere est melius optimo in alio genere, et e converso hoc illo melius. Sed res que est optima inter homines excelle

[margin notes: facit intellectus loci; expressius distinctionem; ut sicut est in qualibet parte corporis sic summa essentia est in creatura; vide topicorum]

¶ 2a

alio modo insignitus est ymagine dei quam optime angelus. quia ymago dei in homine quam in angelo reperitur excellencius. Respondeo ad primum dicendum quod illa sentencia est non[rum]. quia quidam dicere uolu erunt. quod creatura magis est ad ymaginem dei potest dici dupliciter. uel extensiue uel intensiue. si extensiue. sic dixerunt. quod homo magis representat deum quam angelus. quia in pluribus ratione corporis coniuncti. ut potest in spiritualibus et corporalibus et in modo existendi in rebus. et secundum eciam modum producendi res. et sic dicunt procedere rationes ad primam partem. nam quod dicitur quod non est simplicior ... est singularis prouinciis nec est ... sed post ... dicitur una creatura magis esse ad ymaginem quam alia intensiue. quia expressius representat. sic dicunt angelum magis esse ad ymaginem dei quam hominem. sic ostendunt auctoritates et rationes. ad oppositum et hoc insinuat gregorius. cum dicit quanto subtilior est natura tanto in ea ymago trinitatis subtilius insinuatur in ipsa. et rationes et cum ... ostendunt. quia sicut excellencior est natura angelica sic excellenciores habet potencias et maiorem habet capacitatem capacitatis. et ideo secundum modum est ymagine dei insignita. et secundum hanc uiam plana est responsio et ad quomodo proposita et ad obiecta sed iste modus dicendi licet probabilis uideatur non modicam tamen habet calumpniam. quia utriusque partis distinctionis. quod enim dicitur ymago magis esse in homine extensiue quam in angelis. hoc nec augustinus consonat. quia communiter ymaginis dicitur esse in anima per se et per triplicem supra. sic patet in xiiii. et xv. de trinitate. similiter quod dicatur uel expressior esse ymago dei in angelo quam in anima propter maiorem dignitatem nature hoc non uidetur consonare glosa quia dicit super ... ad hebreos. ei qui modicum minoratus est ab angelis. id est glosa quod est in naturis humane. qualem christus assumpsit solus deus maior est. et augustinus hoc innuit in pluribus locis et pie creditur et sic sentit quod uirgo maria magis quam omnes angelos accedit ad deum propter ea est alius modus dicendi quod est expressio ymaginis consistit in conueniencia ordinis et proporcionis. extensio dignitatis ymaginis consistit secundum intensionem conueniencie et comparacionis ad proportionem. uel ordinem. attendendum autem quod in conueniencia creature rationalis ad deum sub ordine quedam est de esse ymaginis. et quedam de bene esse. de esse ymaginis est quod creatura immediate ordinetur ad deum. de bene uero esse est quod creatura que est ymago comparatur alijs quam tenet dominium uel regimen. quia alia ordinetur in ipsam tamquam in finem et sic triplex est ordo in creatura rationali. sed

que conformatur deo secundum primum quod immediate nata est deo coniungi et hoc est essencialis ymagini et in hoc angelus et anima equantur. quorum utrumque mens immediate ab ipsa prima ueritate formatur. secundus est quo preponitur creatura. que est ymago talis creature et in hoc angeli precellunt. quia non solum brutis sed et hominibus rectores sunt deputati. deuteronomium xxxii. In una quaque gentem propositi sunt rectores. glosa id est angelos. et iste est ordo quo creatura rationalis regitur a deo mediante. rationalis tantus est ordo quo creatura irrationales ad rationales ordinantur. tamquam in finem propter quod sunt facte. et mediante illo in ultimum finem primum. et secundum hunc ordinem magis conuenit homini cum deo quam angelis. magis enim facta sunt et creata propter homines quam propter angelos. et sic patet quod ratione ymaginis prout attenditur secundum conuenienciam ordinis quantum ad illud quod est de esse in homine et angelo reperitur equaliter quia uterque ordinatur immediate in deum. quantum uero ad illud quod est de bene esse. quantum ad ordinem inferioris creature ad se habent per modum excedentis et excessi. angelus enim magis conuenit quantum ad ordinem qui attenditur in ratione finis. secundum illum modum reperitur et equalitatem et mutuum excessum. in expressione ymaginis que attenditur secundum conuenienciam proporcionis sicut quedam est conueniencia similitudinis que est de esse ymaginis et quedam de bene esse. illa est de esse que consistit in comparacione ad intrinseca. sic ad potencias et in hac homo et angelus a deo expresse. quia in bono est distinctio et origo et equalitas. et consubstancialitas in potenciis anime scilicet memoria. intelligencia. uoluntate. sic in potenciis angeli. illa uero conueniencia similitudinis est de bene esse que attenditur in comparatione creature rationalis ad aliud extrinsecum. ut potest ad corpus quod est ipsa in finis ... duplex potest esse expressior. uel priuatiue uel positiue. si priuatiue. sic angelus est ymago expressior. quia in hoc ad conuenit deo ita quod per illud est principium aliorum et per illud totum in habitat. magis representat deum qui est principium omnium et qui unus est in omnibus. si autem priuatiue. sic angelus magis representat deum quia deus est spiritus purus omnino et penitus immixtus et separatus a creaturis omnibus. ~~alijs representat omnibus~~. et hoc representat angelicus spiritus. dum est actu et aptitudine separatus. et propter hoc dicitur esse subtilior angelus et ideo ymago diuinitatis esse expressior. et sic patet quod quantum ad conuenienciam proporcionis quedam est de essencia ymaginis secundum quam hominem et angelum potest esse equalitas. quantum uero ad illam que est de bene esse sic habent excedencia et excessa. et sic patet responsio ad quomodo proposita. cum enim queritur utrum principalius uel expressius sit ymago

¶ ymago dei conueniencia
ordinis — quantum ad ymaginem esse: scilicet quod creatura immediate ordinetur ad deum. sic in angelo et homine equaliter
bene esse — quedam secundum prelacionem in ... et sic excellit angelus
racionem finis ut alia ordinentur ad ipsam. sic excellit homo.
proporcionis — quantum ad ymaginem esse / bene esse — si attendatur in comparatione — ad intrinseca. sic in homine et angelo equaliter
ad extrinseca. sic si accipiatur — priuatiue / positiue — excellencia est — in angelo. / in homine.

di in angelo quam in anima. Respondeo quod quod ad deum est eque
principaliter quod ad deum magis principaliter. Et ad ar
gumentum sic explanatum est. Similiter patet 1°. Rationes
ad utramque partem quia procedunt per diversas vias, sum
[struck] quas veritatem possunt concludere, quia non sunt oppo
site tamen quod ob deum maiori capacitate dicitur potest quod
cognitio angelica .i. capacitas gratie habet in parte
superiori ad sursum in qua comparatione non excedit naturam
mentis humane. Quod autem natura angelica dicitur ex
cedere humanam, hoc est in comparatione ad corpus, ad quod
non habet inclinationem sicut anima. Et ideo maioritas
dignitatis in natura angelica secundum aliquid non facit ad excel
lentiam ymaginis, sive illius capacitatis que
est in natura humane mentis, sed quia anima est capax distinc
tionis ad angelum quod sequitur, cogitur, quod maior viva
citas memorie vel intelligencie potius facit ad in
tensionem similitudinis, quam ad ymaginis maiorem
expressionem. Similitudo enim consistit in proprietatibus
naturalibus, ymago vero in origine et habitudine.
Et quamvis potentie in angelis sint vivaciores quam in anima
bus, et ideo similiores, eandem tamen habent ordinem et habitu
dinem sicut ostensum est supra. Unde magis proprie conce
ditur quod angelus sit deo similior, quamvis possit
concedi quod angelus sit magis ymago. Et hoc
vult dicere auctoritas Gregorii. // Rationes vero ad
oppositum procedunt et concludunt maiorem expressionem
quantum ad illud quod est accidentale ymagini, ex
cepta illa que fundatur super unionem, ad quod
dicendum quod non cogit, pro eo quod substantia que minus capax
est gratie per naturam, potest effici magis capax per
aliquam gratiam gratis datam, que disponit et ampli
at capacitatem nostram ad susceptionem gratie gratum
facientis. Unde esto quod natura angelica esset ma
gis capax gratie quam humana, non tamen similiter possibile
est vel rationabile esse ponendum ut natura angelica sit
excellentior et excellentiori non debeat excellen
tior potentia et capacitas: nichilominus tamen per aliquod do
num divinum gratis datum potest elevari capacitas
mentis ad capacitatem angeli, et quodammodo
ampliorem. Nam donum gratie gratis date disponit
ad gratiam gratum facientem. Et sic potest esse fuisse in vir
gine, et sic patet obiectum ad utramque partem.
Tertio queritur utrum principalius sit ymago
in masculo quam in femina. Et quod sic videtur 1. cor. xi.
vir est ymago et gloria dei, hec autem ut dicit apostolus se
parat virum a muliere. Ergo aut mulier est ymago,
aut sit ymago non est ita expressa sicut vir.
Item glossa ibidem: ad ymaginem dei factus est vir, non
mulier. Sed hoc non est dicendum quod mulier nullo modo sit ad

ymaginem facta. Ergo dicendum est quod minus est ad ymaginem
quam vir. // Item quia homo est ad ymaginem, invisibi
lis est nec distinguitur. Sed magis fuit invisibilis in sexu
masculino quam femineo. Ergo magis est ymago vir
quam mulier. // Item quia homo est ymago dei omnibus
inferioribus sive prelatus, sicut innuit textus Genesis
i. Faciamus hominem ad ymaginem et cetera. Et subdi
tur et presit piscibus et cetera. Ergo si prelatio non convenit
homini in sexu femineo, sed masculino sexu quam in femineo.
Contra. Genesis i. creavit deus hominem ad ymaginem et
similitudinem. Et subdit masculum et feminam creavit illos.
Sed quod mulier creata est ad ymaginem dei et ad equali
tatem virilis sexus innuit forte eius dilatio et
ideo cum quod formata est. Cum dicit faciamus adiuto
rium simile ei. Ergo videtur quod in uno et in altero equaliter reperiatur
ratio ymaginis. // Item ymago attenditur in
homine quantum ad supremum anime, sed in supremo anime non
est distinctio aliqua per sexum. Ergo si vir homo sit mulier, similiter
vir equaliter est ymago. // Item sexus non
variat speciem. Ergo vir et mulier sunt eiusdem speciei nec per ad
formam individuum, ergo equaliter in viro et muliere.
// Item ymago creationis non ordinatur ad ym
aginem recreationis sive glorificationis. Sed ymago
recreationis que consistit in gratia et virtutibus ita
excellenter potest esse in muliere sicut in viro. Ergo pari
ratione et ymago creationis in qua conditus est homo.
Respondeo dicendum quod ymago intelligentia nostra est, ut sic exprimit
per ymaginem quod ad suum esse principaliter consistit in
anima, et eius potentiis et in hiis potissime prout
habent ad deum gratiam. Et quia ad hec non est distinctio
masculi et femine sexus et lubrici, ideo ymago quantum
ad id quod est de complemento eius et de esse eius equaliter
magis reperitur in viro quam in muliere. Quantum autem ad bene
esse sive ad clariorem expressionem consistit ma
gis in anima. Sed quod ad corpus habet ordinem et habitudinem
et quantum ex parte corporis est sexuum distinctio et secundum se
xuum distinctionem maior est representatio, sicut quod
ad rationem presidendi sicut quod ad rationem principii. Quia
vir est caput mulieris, et vir est principium mulieris et non
vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Quod adhuc iuxta
quem modum excellentiori modo reperitur ymago
in sexu masculino quam femineo, in ratione clarius conde
decet ipsius ymaginis, secundum rationem ipsius quod adiacet,
et per hoc satis plane potest ad obiecta respondi. Rationes
ostendentes quod non magis est ymago vir
quam mulier, procedunt de ymagine quantum ad suum primum
esse sicut innuenti patet. Rationes vero ad oppositum
procedunt de ymaginatione quantum ad aliquam accidenta
lem proprietatem sive perfectionem ad decorem. // Ad 1 arg.

Vir quia ymago dei excellior in sexu masculino.
Contra.
Ad arg. xiiii et xv dicit.
Sed ymago consideratur hominem quantum ad formam.

Nota ad capitulum de ymagine: ... ymago in viro et muliere
eminentia perfecti in viro.
... dignitate ... capite mulieris vir
principali ... vii. ... mulier
presidendi ... vii. ...
similius perspicuitate vii ...

quod dicit Apostolus, et Glossa, quod vir non est imago et gloria Dei. Dicendum quod vir accipitur metaphorice pro superiori parte rationis, et mulier pro inferiori, sicut exponit Augustinus XII De Trinitate. Et si tu obicias quod Apostolus loquitur ibi de viro et muliere ad litteram, dicendum quod loquitur de eis non secundum se, sed secundum significationem. Vir enim, quia fortis est et praesidet mulieri, superiorem partem rationis significat; mulier vero inferiorem. Vir etiam est in mundo quia vir significat dominium, et mulier significat etiam servitium sive ancillam. Haec autem ratione utilitatis ex parte una et infirmitatis sive fragilitatis ex altera. Quia non respiciunt imaginem per se, sed ratione corporis annexi, ideo non essentialiter, sed accidentaliter.

Circa quod utrum imago principaliter sit in cognitiva quam in motiva sive affectiva. Et quod principalius sit in cognitiva videtur primo, quia dicit Augustinus: imago est in ipso cognoscendi, et similitudo in ipso diligendi; sed hoc non est nisi quod prius sit ipso cognoscendi; ergo cognitiva est quod principale est in imagine. Item imago principaliter convenit ipsi verbo eterno; verbum autem est ipsa intelligentia quae est in ipsa potentia cognitiva; ergo etc. Item imago consistit in memoria, intelligentia et voluntate; sed duae istarum potentiarum, scilicet memoria et intelligentia, tenent se ex parte cognitivae; ergo et imago plus tenet se ex parte cognitivae quam affectivae. Item imago dicit quandam configurationem et distinctionem; sed affectiva est unitiva, et cognitiva distinctiva; ergo imago principalius residet penes cognitivam quam penes affectivam. Contra: imago recreationis reddit imaginem creationis; sed imago recreationis, quicquid est gratiae, principalius est in affectiva quam in cognitiva; ergo et imago creationis. Item in eo principaliter consistit res in quo consistit eius complementum; sed imago completur in voluntate, et voluntas se tenet ex parte affectivae; ergo etc. Item imago est nobilissimum in anima; ergo consistit penes id quod est in anima nobilissimum; sed liberum arbitrium sive voluntas est nobilissimum quod sit in anima; ergo principaliter consistit imago penes arbitrii libertatem sive voluntatem; hoc autem principaliter respicit affectivam; ergo etc. Item similitudo est in plus quam sit imago; non enim quaelibet similitudo est imago, sed similitudo expressa in quadam configuratione et imitatione; ergo ubicumque est imago, est et similitudo; ergo ibi ubi principaliter est imago, principaliter est et similitudo; sed similitudo non est principaliter penes cognitionem, sed penes affectionem, cum similitudo sit in gratuitis, quae magis respiciunt potentiam affectivam; ergo pari ratione imago.

Iuxta hoc quaeritur quae sit differentia inter imaginem et similitudinem, cum enim in plus sit similitudo quam imago, sicut ostendit Augustinus LXXXIII Quaestionum, quare superius non debeat conveniri suo inferiori, ut quare male dicitur homo factus ad imaginem et similitudinem. Item cum duae sint potentiae ex parte affectionis, scilicet ~~memoria~~ [illegible] et intelligentia, quod est quare in trinitate imaginis accipiuntur duae potentiae ex parte cognitivae et una ex parte affectivae. Videtur enim quod prius deberet esse e converso, cum tres virtutes theologicae quae reformant imaginem animae sic in ea ponantur ut duae sint ex parte affectivae, scilicet spes et caritas, quarum una est in irascibili et altera in concupiscibili, et una ex parte cognitivae, scilicet fides, quae consistit potissime in rationali. Respondeo. Dicendum quod prout sancti nomina ista ponunt, differunt imago et similitudo. Imago enim notat conformitatem in quantitate; similitudo vero convenientiam in qualitate. Imago enim notat quandam configurationem et importat figuram, quae est quantitas in qualitate vel qualitas in quantitate; similitudo vero dicit rerum differentium eandem qualitatem. Ex hac autem parva differentia triplex consuevit assignari modus distinguendi inter imaginem et similitudinem, cum dicitur factus homo ad imaginem et similitudinem.

Primus est quem dicit Hugo, quod similitudo respicit naturam et imago respicit figuram, quia similitudo dicit convenientiam in qualitate simpliciter, imago vero convenientiam in distinctione figurali, admodum cuiusdam trianguli in quo sunt tres anguli et tres lineae, quia tres sunt potentiae, quarum alterius habitudinem habet ad quamlibet, et similiter tres personae; et potentiae ut personae tenent rationem figurae, similitudo vero ut imago tenet rationem unitatis. Secundus modus distinguendi est quod imago est in naturalibus et similitudo in gratuitis, quia similitudo habet ortum ex illa parva differentia, quia cum imago dicatur configuratio et illa attenditur ex parte naturalium potentiarum, scilicet memoriae, intelligentiae et voluntatis, hinc est quod ~~una~~ imago est in naturalibus; quia vero similitudo dicit convenientiam, quae ortum habet a qualitate, et qualitas in qua anima similatur Deo haec est gratia, ideo similitudo dicitur in gratuitis. Tertius modus distinguendi est quod imago est in potentia cognoscendi, et similitudo in potentia diligendi; et iste modus similiter habet ortum ex dicta parva differentia, quia enim imago consistit in convenientia secundum configurationem, et configuratio attenditur in originis habitudine et potentiarum distinctione, et haec originis habitudo principaliter residet ex parte cognitivae, ideo imago principalius ponitur in cognitiva; similitudo vero dicit convenientiam in qualitate, et quia qualitas in qua principalius assimilatur anima

Filii [illegible]

ergo ei principaliter imago convenit ipsi verbo eterno

Fas

Questio

s. virtutes. ergo ut in ymagine recreationis, quae consistit in gratia, due virtutes
ex parte affective s.

deo/ est in voluntate sive in affectione. hinc est quod similitudo
principaliter in potentia affectiva. et inde est quod in yma
gine creationis due sunt potentie ex parte cognitive. me
moria et intelligentia. et una ex parte affective/ spes et ca
ritas. et una ex parte cognitive s. fides/ ymago
enim principaliter respiciat originem et imitudinem. si
militudo autem originem/ attendit inter memoriam et in
telligentiam/ per modum parentis et prolis. et inter hec duo et vo
luntatem/ per modum connexionis sive processionis. inter
irascibilem vero et concupiscibilem. nec est talis ordo/ nec ori
go motus irascibilis possit esse sine concupiscibili et econtra.
motus autem voluntatis non potest esse sine motu intelligentie et
memorie nec actus sui intelligentie/ sine actu memorie.
ideo dico quod licet ratione ymaginis non assigne
tur ymaginis duo sumuntur membra ex parte cognitive/
et unum ex parte affective. hoc enim exigit ordo et ori
go et distinctio. et propterea ymago principaliter est in
cognitiva quam affectiva/ similitudo vero principalius
consistit in unione anime ad deum quam quid est per gratiam.
et quam virtutes et gratia principaliter respiciunt affec
tivam. hinc est quod in ymagine recreationis quae quidem
in gratuitis est. due sunt virtutes quae respiciunt affec
tivam s. spes et caritas. penes duas vires s. iras
cibilem et concupiscibilem. una vero que respicit cognitivam.
s. fides/ quae respiciat rationalem. quamvis et spes refor
mans irascibilem et per consequens reformet memoriam
quae continet in actu. qui est tenere. per hoc ergo planum
est responsio ad questionem et ad obiecta. Conceditur enim ex de
plano quod ymago principaliter respiciat cognitivam.
Conceduntur et sunt rationes quae hoc probant ad primum vero
quod obicitur de ymagine reformationis dicendum quod non valet. quia
ymago reformationis potius est similitudo quedam/ quam sit
ymago. si enim proprie esset ymago esset capax
dei et esset immortalis. nec autem non est sic. et ideo quia
ymago recreationis potius est similitudo quam ymago:
magis principaliter respiciat potentiam affectivam
quam cognitivam. quamvis reformet tam cognitivam
quam affectivam ad secundum quod obicitur quod complementum ymagi
nis est in voluntate. dicendum quod licet in voluntate ultima sit in ym
agine. non tamen se habet per modum complementi in ratione ymagi
nis. ymago enim dicit ordinem et originem in potentiis
animae/ sicut est in personis/ et quia ad tertiam personam non ponitur
aliarum completiva nec alias complere. sed potius ab ali
is recipere. sic voluntas prout est pars ymaginis
potius consideratur in ratione exeuntis/ quam in ratione comple
tis. et quia prima vero origo est per modum naturae quae
consistit in motu intelligentie et memorie. hinc est quod
ymago principalius respicit cognitivam quam affec
tivam ad tertium quod obicitur quod ymago con

sistit penes nobilissimum in anima. dicendum quod nobilis
in anima dupliciter potest accipi. vel secundum distinctionem potentiarum
s. affective et cognitive. vel secundum conditionem statuum.
s. superioris portionis et inferioris. cum ergo dicitur quod ym
ago consistit penes nobilissimum/ hoc intelligitur quantum ad
statum in superiori parte/ non quantum ad potentias. quia ymago
complectitur tam affectivam quam cognitivam. cum utraque na
te sit immediate ferri in deum ad quartum quod obicitur
quod similitudo est in plus quam ymago/ dicendum quod similitudo
si accipiatur in sua generalitate. in plus est/ si vero
accipiatur proprie/ sicut accipitur in proposito/ non est in plus.
immo distinguitur ab ymagine. ita quod et si utrum
que tam affectiva quam cognitiva respiciat. yma
go tamen principaliter respiciat cognitivam. et similitu
do affectivam. et ideo iam patet. et per hoc patet responsio ad illa
duo que querebantur.

Ex parte ista sunt dubitationes circa litteram. et primo quod dicit
nec una opera tamen [illegible] ostendit. Cum enim indivi
sa sint opera trinitatis. et tres persone ita operate
sunt sicut omnia alia. sicut fecerunt hominem. quod ad modum in
productione hominis dicitur faciamus. ita debet dici in pro
ductione aliorum. Item queritur quare in productione
aliorum hominis utitur legislator verbo pluralis.
s. faciamus in productione aliorum verbo singulari
s. dixit et fecit. Iuxta hoc etiam est questio/ quare distinguit
in productione hominis et bestiarum/ cum eodem die pro
ducti sint/ ad ornatum eiusdem celi. Responsio dicendum quod in
productione hominis. non tamen erit manifestior trini
tatis investigio. sed etiam secundum ymaginem. ideo tribus personis
pluraliter attribuitur productionis hominis. ut ostendatur
quod in homine trinitatis representatur expresse. In aliis
vero insinuatur trinitatis quodam modo. sed non ita
ita explicite. et quia ideo ymaginis non convenit alicui
persone quae potest loqui per se/ ideo in productione eius
utitur verbo prime persone. et tamen quia hec creatura
precellit alias in gradu et dignitate/ ideo productionem
hominis distinguit a productione bestiarum. sed propter
convenientiam in ornatu terre/ in opus unius diei cadit.
et sic patet responsio ad quesita. Item quod dicit quod dei
dei et angelorum non est una et eadem ymago. contra
hoc est quia cum angelus sit ymago dei/ et quod conformat
angelo/ per consequens conformat deo. ergo quod est ymago
angeli/ est ymago dei Item unum opus esse
dei et angeli. ergo pari ratione videtur quod eadem ymago
tamquam in fine responsio dicendum quod ymago dicit ordinem
ad illud cuius est ymago/ tamquam in fine et ordinem
immediatum/ et impossibile sit deum et angelum
eiusdem rei esse finem immediatum. et ultimum/ impossi
bile est eandem ymaginem esse angeli et dei. quia

Quod reddit magister causam alter
ius quod dicit faciamus

pot

uo deus coopat anglo. 7 q̄d om̄e q̄d ē ab anglo.
7 q̄ om̄e ē a deo. id po'le ē vnū opus eē 7 an
gli 7 dei. n̄ uz i° q̄ obiciat. q̄d si aliquis rep̄se
tat angłm p̄ ?ns rep̄sentat dm̄. q̄uis ei
i fin̄ ualeat. q̄ c̄atura que rep̄sentat ang̃lz
rep̄sentat deum mediate. nō tn̄ p̄ōt in te
n q̄d rep̄sentz īmediate. It q̄r deb̄ q̄
dicit. fuint nō ulli qui ita dixint. ut in
h loco ymagine īt lligent filiū quos q̄
p̄sequūt ꝯent dixint pi ē dz. ro. viij. q̄s
p̄destinauit ꝯformes fi ymagis filij dī.
It q̄d ita op̄teat ī illi uidetur. aut ē ym
ago stat ī p̄re c̄ata. aut p̄re in c̄ata. si p̄
c̄ata ḡ id est dicē. faciamus hōiez ad ym
aginez. q̄ faciant hōiez ad se ip̄m. Si p̄ īc̄a
ta. sz illa nō est n̄ filius. ḡ ūr q̄ exp̄o illa
sit recta hp̄ h q̄r q̄ istaz expōnū quas m
ag̃r assignat ī lr̄. sit tenenda. R̄o dr̄.
q̄ duplex ē modus exponēdi istā auctem
faciamus hōiez 7c̄. p̄mus intelligit de yma
gine ī c̄ata. ali° uo intelligit de ymagine
c̄ata. p̄mus ēplicatur. ut ē sit ymago
7 silitudo refantur ad deū. s. ad eēnciā ītrib
p̄sōis. Sed' modus ē ut ymago 7 silitu
do refantur. ad id. s. ad p̄sonā filij. Terti
modus exponēdi ē ut ymago refatur ad
filiū 7 silitudo ad sp̄m. s. ī hos om̄s mod
ponit mag̃r quos tn̄ nō app̄bat. lz susti
neri possit p̄mū. n. arḡ de ī p̄pietate. q̄
diuina eēncia n̄ ē p̄p̄e ymago s̄m deu
tate. q̄ filius nō est ymago n̄rā. 7 deb̄
ꝯc̄ dicat. q̄ hō nō ē ymago. sz ad yma
ginē. Ex̄trū arguit de incertitudie. quia
auctez exceptum nō ht alius modus ex
ponēdi est de ymagine c̄ata. 7 ut explic̄.
P̄mus qui sic exponit ut ymago p̄cedat
silitudiez. 7 dic̄ q̄ ymago ē ī n̄lib 7 sili
tudo ī gratuitis. Ex̄ qui sic exp̄oit. ut silr̄
ꝯcordetur ymaginē. 7 i ē q̄ ymago sit ī
p̄ ꝯḡdi/ silr̄do ī p̄ō diligēdi. Tercius mod qui
sic exp̄oit ut ymago sequatur silitudiez.
F̄ ix. 7 ille dic̄ quod silitudo ē ī n̄rā 7 yma
go ī forma ~~forma~~. om̄s hos mōs. app̄
bat mag̃r 7 austin̄. 7 dat ur p̄babile q̄d
sep̄ta de ymagiē c̄ata intelligat q̄uis etiā
possz intelli. de ī c̄ata. Sm̄ ē. n. q̄d hō p̄de
stinatz ē ut ꝯformetur ymagī filij dei
nec id mag̃r illā pōnū īraducunt q̄ hec n̄
sit s̄m. q̄ illa ymago ē. lz ī hō. cui ꝯiuz
b nō p̄p̄e p̄t dici n̄rā. ul' ē q̄ nō solum filij ē ymago.

dignabit ī illo mō exponēdi. Ad illd uo q̄d
ob' q̄d ymago nō pōt stare p̄ c̄ata ymagiē
dr̄ q̄ ī mo q̄ ymago accipiatur in abstractō
7 sic pōt dici hō fi ad ymaginez sic tabula d̄r
fi ad ymaginez. q̄n sibi ip̄mit ymago h̄ail'
hic ē q̄ hō nō tm̄ ē ymago. lz 7 ad ymagi
nē. q̄ nō s̄m om̄e q̄d ē ymago. ī mo dicit
ab ymagiē. fili uo s̄m om̄e q̄d ē ymago p̄
tris. 7 id solū ē ymago. nō ad ymaginem.
It q̄r deb̄ q̄ dicat. nō oīo eq̄lis sicut illa
ymago tanq̄ n̄o ab illo nata. sz ab eo c̄ata
Or. n. creatur nō ē p̄nam lz parte. Sz q̄ ē p̄
arte p̄mi uocat ē eo q̄ ē p̄nam. ī mo equo
cat. q̄ equiuoce dr̄ ymago de filio dī 7 hōie
nec dr̄ equiuoce. nec dr̄ uniuoce. sz analogice
s̄m p̄us 7 posterius. Or ḡ ob' q̄d illud q̄ c̄atur
ē ab arte. dr̄ q̄ queda ē ars c° opō ꝯsequi
nām 7 opus istius artis sic ē artificiale q̄d
nō ē n̄le. 7 id opus istius artis 7 op̄x n̄ī
eod nōie facit equiuocitatez sic hō picti
7 hō uerus. quedā ē ars que ē fundamental
n̄e. 7 opus illius artis n̄ ē n̄le. q̄ fabricat
ip̄am nāz. 7 tal' ē ars cui opus ē c̄atura
n̄ op̄tebit eē equiuocitōnē. ul' dr̄ q̄ id
ē equiuocatio q̄n dr̄ hō pictus. 7 hō v̄us.
q̄ hoc nomī hō p̄o 7 p̄ncipalit ī pōit hōi
v̄o. 7 id cū dr̄ de hōie picto alia ē accep
tō. 7 alia sig̃tō. nō sic ymago p̄o 7 p̄nci
palit ī pōitur de filio lz om̄i ei q̄ ex p̄sse
rep̄sentat altm̄.
Jc de origiē aīe p̄la solet q̄ri. 7c̄.
Sup̄ egit mag̃r de p̄ductiōe hōis ī p̄paradi
ad p̄ris ex. In hac uō p̄te. agit de p̄ductiōe
eius q̄ ad p̄n ꝯstitueēcia. s. q̄tū ad corpus
7 aīam. diuiditur aut̄ ista p̄s in duas. ī p̄
detiat de p̄ductiōne uiri. In s̄a uo de p̄du
ctōe mulis exuiro. i. In ead quoz p̄adiso n
mulis formal. 7c̄. xviij. d. In p̄ ꝯs p̄ma p̄
I sa detiat de hōis form locaz' i. hoc z aut̄
ita fōr. 7c̄. lz p̄a p̄s ht duas. ī p̄a detiat d
p̄ductōe aīe m̄se. In s̄a uo in relatiōe adco
ibi. Sz utrū mar' aū ex col. 7c̄. p̄s aut ill
ī qua detiat de p̄ductiōe aīe m̄se ht duas. ī
p̄ma detiat v̄itate. In s̄a remouet errore
ibi. putauīt. n. quidā h̄etici 7c̄. Similr illa
p̄s ī qua detiat de p̄ductiōe aīe in cōparitōn
ad corp' ht duas. In p̄a detiat utrū de cū
aīam ī corp̄e. an extra. corpus. In s̄a q̄
rit ~~an~~ utrū deus fecit hōiez ī etate p̄fecta

i. gol. quem utrum deus hominem rexerit. et cetera s[ecundu]m
per illa in qua declarat de locutione in forti habens
duas. In prima declarat de loco cuius misericordia in secundo
declarat in se parationem ad contenta ibi.
Inde aut[em] paradiso erunt ligna. et cetera.

Diuiditur aut[em] huius partis in ad hoc quod de productione hominis quo ad duo.
Primo quo ad productionem ipsius quo est ex parte anime.
Secundo quo est ex parte corporis.
Circa primum queruntur tria.
Primo queritur utrum anima primi hominis producta sit de
dei substantia. Secundo quod utrum producta fuit ex aliqua materia.
Tertio quod utrum producta fuit ante corpus vel post, sive in corpore an extra.
Circa primum sic proceditur. et ostenditur
quod anima humana sit ex dei substantia. Primo auctoritate Ge. ii.
inspirauit in faciem eius spiraculum uite. Sed inspiratum
est egressum aliquid ab intrinseco. ergo sic spiritus. i. quia est
eiusdem nature cum spirante. sic humanus spiritus qui
fuit inspiratus a deo est de natura diuina. Si tu di
cas quod insufflatio uel inspiratio potest esse trans
diuerse nature. obiicitur quod glosa dicit super Jo. insufflauit in eos et dixit eis accipite et cetera. Augustinus
dicit i. quod in hoc ostendit esse processionem spiritus s.
Si ergo deus insufflauit in faciem hominis spiraculum
uite uidetur quod spiritum hominis produxit esse. Item
eccl. ult. donec puluis reuertatur in terram
unde erat et spiritus redeat ad deum qui dedit illum.
Si ergo spiritus redit ad deum qui dedit illum sicut
puluis redit ad terram sic homo quo ad eum nec
est de terra ita uidetur quod quantum ad spiritum est de substantia di-
uina. Item act. xvii. Gen[us] n[ostrum]. dei sumus sicut quidam pre
tiu[m] n[ost]r[orum] dixerunt. Sed que sunt eiusdem generis
sunt eiusdem nature. ergo nos et deus sumus eiusdem nature.
Sed non quo ad corpus. ergo quantum ad animam. ergo anima
est de dei substantia. Item ratione uidetur. omnia corpo
ralia producuntur ex aliqua materia que est in omnibus corporali
bus una. ergo pari ratione spiritualia producuntur ex ali
qua spirituali materia que in omnibus spiritibus sit una. Sed
spiritualis substantia in omnibus recepta preexistens non est
nisi diuina. ergo anima facta est ex dei substantia. Item
solus deus est immortalis per naturam. ergo nulli conuenit
immortalitas per naturam nisi quod est uel deus uel ex deo.
nulli autem conuenit esse ymaginem dei nisi cui con
uenit esse immortalem per se. non enim esset ymago
sicut dicit Augustinus si mortis termino clauderetur. Si
ergo anima rationalis similis est ymago. ergo similis est immor-
talis de dei substantia producta fuit. Item deus est lux
spiritualis que est finis omnis illuminationis spiritualis
sic sol est finis illuminationis corporalis. Sed corpora lumino
sa sunt eiusdem nature cum luce et cum sole. ergo pari ratione
spiritus naturaliter luminosi sunt eiusdem nature cum deo uel est deus
uel de deo. ergo et cetera. Contra Ge. i. faciamus
hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Sed non est deum secundum
corpus. ergo secundum animam. ergo anima hominis est facta et esse diuinum
in quo non cadit factio uel mutatio. ergo non est ex dei
natura uel substantia. Item si anima est ex dei natura cum anima sit
pars hominis diuina natura ueniret ad constitutionem hominis et pars esset
minus nobilis quam totum. ergo deus est minus no
bilis quam homo. Sed hoc est falsum et impium. ergo et cetera. Item
si anima est ex diuina natura. aut ergo habet aliquam formam super
inductam illi naturae ex qua est aut nullam. Si nullam
ergo non uidetur esse nec facta nec ab eo diuisa. Si aliquam
ergo diuina non est ipsius anime materia. Sed quod est materia
principium alicuius est minus completum et imperfectum
ergo deus esset incompletus et imperfectus per naturam. quod est blas
phemia. Item si anima est ex dei substantia et anima depravatur
ergo contingit diuinam substantiam depravari et sic contingit
dei substantiam depravari. deus non esset summe bonus. et ergo
rationalis spiritus peccare ~~peccare~~ possit. sic patet rationalis
spiritus non est ex deo. Item si anima est ex deo aut igitur
per generationem aut per spirationem. Si per modum hoc anima
~~non est ex quo spiritus~~ nichil aliud est quam uerbum. Si hoc tunc
anima non aliud quam spiritus s. ergo omnis homo esset deus. Item
si anima hominis esset ex deo. aut de toto deo aut de
parte. Si de parte. ergo deus est compositus et habet partem et
partem quod est omnino falsum. Si de toto. Sed deus est im
mensus et infinitus. ergo cuiuslibet hominis esset immensa et infini
ta et sic quilibet homo esset omnipotens quod nullus dubi
tat esse falsum. Pro ideo quod aliquorum positio fuit
quod intellectus humanus non erat aliud quam intellectus diuinus.
Sed diuinus intellectus dicebatur prout considerabatur
in se. humanus uero prout perficiebat corpus aliquod.
Sed est deus aliquis nullo pacto sit constitutus propter suam
summam perfectionem et absolutionem. hec positio fuit stulta et con
tra rationem et impia. manicheorum uidelicet quod
spiritus rationalis sit de dei substantia. Item dicunt. tamen quod in homine
est duplex anima. sicut recitat Augustinus in li. de du
abus animabus. quarum una inclinat ad bona et
alia inclinat ad mala. et illa que facit bona
numquam potest facere mala. et illa que facit mala
numquam potest facere bona. et illa que inclinat ad
faciendum bonum est de dei natura. Sed hoc positio in multiplici auc
toritate est aliena. Primum quia ponit deum contrarium necesse
esse cum creatura et talis contrarie esse non est. et ponit
creaturam fieri ex dei substantia. et ad hanc positionem sequitur
inuariabilia inconuenientia. et hoc precipuum est quia implicat
in se duo opposita. dum ponit animam a deo esse factam
et tamen esse de substantia diuina. deuiat et a ueritate in hoc

[Margin, beside column 2, top:] (esse corpore luceat spiritualis et eadem eiusdem nature)
[Margin, beside column 2:] Contra supplicationem et de spiritu sancto de quibus dicitur. li. de [illegible]
anima
Responsio.
[Margin, beside "stulta":] et contra rationem et alia [illegible]
[Margin:] Ysidorus de [illegible] per prima parte. et. xxxiiii. usque ad hoc sermonem

[Notes at foot of the page:]
Nos quattuor inuoluunt tenebris
Intellectus obscuritas
affectus uarietas
effectus prauitas
Item passibilitas
contra quod ideo est
Lux contra obscuritatem. Jo. deus lux et tenebre in eo non sunt ulle
Stabilitas contra mutabilitatem. Boecius stabilisque manens dat cuncta moueri
Effectus contra obliquitatem. Gen. uidit deus cuncta que fecerat et erant ualde bona
Eternitas contra passibilitatem. ad Thimotheum. Solus habet immortalitatem.
Immensitas substantie. Forte non substantialiter et sic ab alio [illegible] non excluditur sed a toto
Infinitas potentie. Forte non in materia patientis et passi. deus autem impassibilis
actualitas esse. quia primum actus et non dependet ab alio. Forte in dependentibus [illegible].

[illegible marginal note]

quod possit in nobis duas animas. Sed hic in ipso melius tangetur infra. Et ideo tertia probatio est nulla et ratio, quia anima non habet esse producta de divina substantia. Deus enim ad creaturas se habet in ratione efficientis et formalis et finis. Sed nullo modo potest se habere in ratione materialis, quia creatura sit nobilis. Et ideo rationes ad hoc probantes concedende sunt. Ad primum vero quod obicitur in Genesi, quod inspiravit in faciem eius etc. Dicendum quod inspirare idem est ubi quod spiritum facere et eundem corpori insinuare. Similiter et insufflare est flatum hominis facere et eundem corpori infundere. Unde sicut quando deus res produxit de nihilo non fuit in novo motus, sic quando insufflavit non fuit mediantibus faucibus et instrumentis corporalibus. Et ideo non ut illud simile Ioh. xx. ubi ad litteram sufflavit. Et illa insufflatio erat precellentis spiritus s. significatio et ostensio. Ad id quod obicitur Ecclesiastes: et spiritus redeat ad dominum etc. Dicendum quod sicut corporis resolutio fuit cum pervenit ad terram, sic mutabilitas anime et [illegible] dominum stat quando coniungitur ei sub quo facta est. In solo enim deo invenit spiritus quietem, et ideo non vult sapiens dicere quod spiritus redeat ad dominum per corruptionem sicut corpus in terram, sed similitudo est quantum ad quietationem. Ad aliud quod obicitur quod genus dicitur sumitur, dicendum quod genus dupliciter accipi potest: uno modo proprie, et sic dicitur aliquid convenire in genere quod habet [illegible]. Alio modo accipitur large, et sic dicuntur aliqua convenire in genere in quibus est aliqua convenientia specialis sive habitudinis analogie. Et sic dicit Aug. xii. de trinitate quod anima cognoscat in quadam luce sui generis, et vocat illam lucem lucem increatam, quam dicit esse sui generis ~~[illegible]~~ propter hoc quod est spiritualis sicut anima. Et sic intelligitur verbum apostoli. Ad aliud quod obicitur quod corporalia sunt ex aliquo uno, dicendum est quod hoc non concludit quod spirituales fiant ex deo. Illud enim unum ex quo fiunt corporalia est ens in potentia respectu illorum. Deus autem nullius potest esse in potentia. Et ideo ex hoc non sequitur quod spirituales substantie producantur de divina natura. Ad illud quod obicitur quod solus deus est immortalis per naturam, dicendum quod sufficiat ad presens quam infra habebit de immortalitate, quod immortalitas per naturam dicatur duobus modis: intelligitur per privationem omnis generis mutationis, sive quantum dicatur ad suam naturam, sive non dicat contrarium influentiam per quam conservatur, nam et quod deus se ipso permanet. Anima autem et si defectum non sit ad permanendum propriam tamen [illegible] permanet in suo actu per continuam dei influentiam. Ad aliud quod obicitur quod deus est lux spiritualis etc. Dicendum quod non est simile de luce spirituali et corporali omnino. Lux enim spiritualis que deus est, cum sit simplicissima, non potest esse perfecta rerum diversarum. Nec anima

aut sit omnipotentissima potest producere et facere lucem creatam aliquo modo sibi conformem, que tamen sibi non sufficeret per se producta nisi assisteret ei summa lucis influentia. Et sic intelligendum est in ipsa anima humana, quod ipsa habet lucem propriam creatam, per quam completur, que aliquo creata et producitur et conservatur. Lux autem corporalis in diversis corporibus potest reperiri, ut patet, quia non sit forma omnino simplex, sed sit natura coniuncta materie.

Consequenter queritur utrum anima Ade producta fuit ex nihilo etc.

Quod sic videtur. Primo per philosophum, qui dicit quod forma est composito contingens in simplici essentia consistens. Sed anima rationalis vere forma est. Ergo simplex est. Ergo non composita ex materia et forma. Item philosophus in primo de animalibus dicit quod intellectus est impermixtus et impassibilis. Sed omne quod habet materiam habet potentiam passivam. Ergo intellectiva non habet materiam. Item magister in [illegible] anime in qua vivit deus non [illegible] aliquid ~~[illegible]~~ corporale vel spirituale. Sed nichilominus item hoc ipsum videtur ratione. Anima intellectiva nichil agit nec cognoscit nisi abstrahatur a materia. Sed in actu cognitionis fit assimilatio cognoscentis ad cognitam rem. Ergo si ad hoc intelligat, necesse est quod abstrahat a materia; ad hoc quod aliquam substantiam intelligat, necesse est ipsa sit quod per naturam ~~hoc quod aliqua substantia~~ separata. Sed anima Ade fuit huiusmodi, ergo etc. Item quanto forma nobilior tanto simplicior. Sed anima inter omnes formas est nobilissima, ergo simplicissima. Sed alie forme non componuntur ex materia et forma, ergo multo fortius non rationalis anima. Item omne quod habet materiam et formam ut partes constitutivas est hoc aliquid et est completum. Nichil autem quod est hoc aliquid et completum invenit ad constitutionem tertii. Sed anima invenit ad constitutionem tertii, ita quod ex anima et corpore fit unum per essentiam. Ergo anima non est hoc aliquid. Ergo est vel forma pura vel non materia. Ergo forma. [Sed forma] Item in tertio de anima dicit philosophus quod sicut in omni natura est materia et efficiens, sic in anima est intellectus quo est omnia fieri et intellectus quo est omnia facere. Sed ergo potentia passiva est in anima, et hec est materia, patet etc. Item in ix. prime philosophie dicit philosophus quod sicut materia est subiectum formarum substantialium, sic compositum est subiectum accidentis. Sed anima rationalis est subiectum [illegible] constitutum et [illegible] considerata. Ergo composita ex materia et forma. Item philosophus in viii. methaphisice [illegible] generans nichil facit aliud nisi materiam. Ergo si deus facit animam, que est aliquid, ergo ipse necessario ut sit in deo vel sit in anima. Sed non est in deo, ergo in anima. Item hoc ipsum videtur ratione. Omne creatum cui debetur propria operatio habet hoc duo diversa, scilicet quod agit et quo agit. Sed anime et similiter considerate debetur propria operatio. Ergo [illegible] quo sola for

quia si pure forma esset, tunc ageret se ipsa. Quod habet ad tertium. Item omne id quod secundum se sui mutationem est susceptibile, compositum est, ad [illegible] et substantia per se existentes, ignis, et omne tale compositum est ex materia et forma. Sed anima secundum sui mutationem est susceptiva gaudii et tristitiae, ergo anima rationalis composita est ex materia et forma. Item anima rationalis non solum vitam prebet corpori, sed et ipsa vivit. Aut ergo est sua vita, aut non. Si sic, ergo non differt in eo vivens et quo vivit [...]; si est sua vita, non vivit per participationem. Sed [...], que duo sunt contra Boetium et Augustinum. Ergo ponere est in anima [...] considerata aliquid quod dicitur vita, et aliquid quod recipiat. Et si hoc, ergo est composita ex materia et forma. Ad hunc possunt adduci rationes que adducte sunt ad ostendendum angelum esse compositum ex materia et forma.

Respondeo. Ad predictorum intelligentiam est notandum quod circa hec diversi diversa opinati sunt. Quidam enim dixerunt nullam animam, nec rationalem nec brutalem, habere materiam, quia iste sunt simplices. Animam tamen rationalem dixerunt habere compositionem ex quo est et quod est, quia ipsa est aliquid, et manens per se et in se subsistens. Sed cum planum sit animam rationalem posse pati et agere et mutari ab una proprietate in aliam, et in se ipsa subsistere, non videtur quod illud sufficiat dicere, quod in ea sit tantum compositio ex quo est et quod est, nisi addatur esse in ea compositionem materie et forme. Ideo fuerunt alii qui dixerunt non solum animam rationalem sed et brutales ex materia et forma compositas esse, et [...] quod sit motor corporis sufficiens. Sed quia anima brutalis [...] non habet, nec est nata per se subsistere, non videtur quod habeat materiam. [...] est cuius modi dixisse[...] medium intuentes, scilicet quod anima rationalis est sit hoc aliquid, et per se nata subsistere et agere et pati, movere et moveri, quod habet in se fundamentum sive existentie, et principium materiale a quo habet existere, et formale a quo habet esse. De brutali autem non oportet idem dicere, cum ipsa fundetur in corpore. Cum ergo principium a quo est tota existentia [...] principium materiale, concedo esse anima humana compositionem. Illa autem materia sublevata [...] esse extensionis et super esse privationis et corruptionis. Et ideo dicitur materia spiritualis. Et propter hoc illi qui loquuntur sunt de materia prima, quod ad esse extensionis et privationis esse sub privatione, dixerunt animam rationalem non habere materiam. Et non intenderunt de materia secundum suam generalitatem, sed prout ad eam stat resolutio physica. Sic etiam est de simplicitate angeli. Unde concedende sunt rationes que ostendunt hoc. Ad illud quod obicitur quod omnis forma est simplex, dicendum quod auctor ille diffiniens formam loquitur de forma que est forma tantum, non de ea que est forma et hoc aliquid. Unde ut diffinit ubi formam accidentalem vel diffinit formam universaliter. Ad illud quod obicitur quod intellectus est impassibilis et impermixtus, dicendum quod philosophus removet ab intellectu materiam secundum quod consideratur sub privatione et sub potentia ad transmutationem, per hoc esse non removet materiam universaliter, immo ponit et dicit quod in intellectu est in quo est facere et quo est fieri. Ad illud quod dicit magister in littera, dicendum quod magister non vult dicere quod anima non habeat materiam, sed quod non habeat materiam preiacentem. Hoc autem innuitur ibi, scilicet quia anima non est producta nec producitur ex preiacenti materia. Ad id quod obicitur quod anima intellectiva nichil cognoscit nisi quod abstrahit a materia, dicendum quod hoc non facit propter hoc quod ipsa sit [...], sed propter hoc quod res extra non potest ei uniri secundum veritatem, oportet quod uniatur per similitudinem, quam anima abstrahit a re [...]. Quia intellectus per similitudinem quam intelligit dicitur fieri in actu intelligendi. Illud autem quod facit rem esse in actu species est et forma. Ideo anima non cognoscit rem nisi speciem eius et formam sibi imprimat. Et hoc non potest esse nisi illa abstrahat a materialibus [...]. Non sequitur quod anima careat materia, nec ea abstracta a materia propria. Bene potest fieri in re spirituali quod sua habet propria materiam et formam, sicut similitudo coloris in speculo. Ad id quod obicitur quod quanto forme nobiliores, tanto simpliciores, est dicendum quod istud habet locum in hiis que sunt pure forme. Anima autem non tantum est forma, immo et est hoc aliquid. Et ideo si comparetur forma anime ad formas alias, absque dubio simplicior esset. Quia ut forma [...] ipsa autem anima est [...] rationalis, cum sit per se existens et aliquid compositum habet, quod alie forme non sunt nate per se habere. Dum non sunt nate per se existere, nichilominus tamen ipsa anima simplicior aliis formis dici potest. Est enim multiplex genus simplicitatis, quia multiplex est genus compositionis et partium. Sunt enim partes substantiales et sunt partes quantitative, et composita ex partibus substantialibus et composita ex partibus quantitativis, et sic simplex dicitur dupliciter: aut quia caret partibus constitutivis, aut quia caret partibus quantitativis. [...] anima [...] aliis formis simplicior, quia ad partes constitutivas, quia tales partes habet que spectant ad complementum et perfectionem. Hoc enim facit rem esse per se simpliciorem, tamen est quia ad privationem partium quantitativarum. Ipsa enim nec habet extensionem per se nec habet extensionem per accidens, in quantum ad substantiam nec quo ad actum proprium. Alie tamen per accidens possunt habere extensionem et partibilitatem, vel secundum id quod sunt vel secundum id quod operantur. Et ideo quia ad hoc anima eminencior est forma nobilior. Ad id quod obicitur quod compositum ex materia et forma est ens completum et ita non convenit ad constitutionem tertii, dicendum quod hoc non est omni generaliter, sed tunc quando materia terminat omnem appetitum forme et forma omnem appetitum materie. Tale non appetit ad aliquid extra [...] nec

[Marginal notes:]
[...] vel per privationem extensionis [...]
[...] lapis [...] anima [...]
vel [...] spiritualis [...] intelligibi[...] forma [...]
vel [...] habet esse completum [...] ad constitutionem tertii [...] in unione. [...] anima non habet.

[Notes at foot of page, partly legible:]
Peccatum [...] recedit [...] simplicitas [...] completum
[...] passionis [...] mutationem [...] susceptibilis
[...] per se [...] absolute [...] passiones
[...] sua actio [...] sua esse [...]
Intelligi[...] [...] abstracta [...]
[...] mathematica [...] abstracta [...]
[...] abstracta [...]

passibilitas ad corpus quam exigit in corpus appe-
titum et inclinationem. Sed anima rationalis corpus
habet exigentiam et formam appetitum tamen habet ad perficiendum
corporale non. Sic corpus organicum exinanitum et
formam conpositum est et tamen habet appetitum ad sustine-
dum animam.

Ex quo quod videtur anima ade producta fuit ante
corpus suum positum ex auctoritate super textum Gen. i.
faciamus hominem ad ymaginem etc. hoc est vi. die.
Sed post etc. subditur formavit deus hominem de li-
mo terre. quod pro formato refertur ad animam sive ad
corpus. post factam fuit anima quam corpus. Item hoc vide-
tur ratione sicut homo ex parte corporis convenit cum aliis
brutis ita ex parte anime convenit cum angelis. Sed si-
cut corpus productum est eodem die cum aliis
brutis sic ex parte eius rationalis debuit produci eodem
die cum angelis. quod etc. Item anima ade se
habet ad corpus sicut eternum ad temporale et sic
eternum ad tempus. Sed eternum est prius tempore et eternum
prius temporali. quod prius videtur debuisse produci
anima ade quam corpus cui debebat uniri. Item
substantia spiritualis a corpore non dependens quod ad esse
non dependet quantum ad productionem. Sed spiritus rationalis
ade ab eius corpore non dependebat quod ad esse
quod videtur quod ad productionem. corpus autem a spiritu depen-
debat. quia sine illo permanere non potuit. quod si
absolutum est quam dependens prius debuit produ-
ci anima quam corpus. Item maior est distantia inter
spiritualem et corporalem quam sit inter corpora mixta. Sed mix-
ta corpora prius producta fuit separata quam sint
ad invicem mixta ad constitutionem tercii. quod anima prius
debuit produci quam corpori uniri. quod non est creata
in corpore sed ex. Item tanto ad prius debuit
produci quanto magis appropinquat primitivo rerum
origini. Sed anima plus appropinquat ad deum quam est
principium omnium quam corpus humanum. cum sit ei similior
in simplicitate et spiritualitate. quod etc. Contra Gen. ii. for-
mavit deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spi-
raculum vite. quod exponitur .i. spiritum fecit. Sed spiracu-
lum vite spirare nichil aliud est quam animam hominis
naturam creare. quod sicut prius formavit corpus quam spiracu-
lum inspiravit. prius quod produxit corpus quam animam.

Item anima rationalis est forma corporis. Sed nullius forma
aut simul producitur est materia aut sequitur materiam. quod cum
anima non est forma rationalis aut sic forma nullius produci est
post corpus vel simul cum corpore. non quod ante. Item
quanto forma nobilior est tanto ultimior. Sed
anima rationalis nobilissima est inter omnes formas naturales
quod ultima produci debuit post universe creature.

senti[le] Item ordinata productio procedit a perfecti-
abiliori ad perfectum. si quod perfecto omnium operum fecit
in homine et maxime quantum ad animam videtur quod homo quantum ad
animam produci debuit ultimo post omnia. Item
si anima producta esset ante corpus cum haberet usum. Sed
nichil esset impediens. nec retardans. quod videtur quod
ante unionem ad corpus meruisset vel demeruisset quod
non esset particeps omnis meriti ipsius anime.
anima debet remunerari in corpore. quod si hoc firmi-
ter planum est animam ade ante corpus suum non fuisse produc-
tam. Item si anima ade ante corpus esset producta
aut appetivisset uniri corpori aut non. Si non quod
unio eius ad corpus non esset naturalis. nec unio esset ad
fictum perfectam. si sic appetebat quod corpus quod non habebat
quod et quia desiderabat in appetendo affligi-
batur. quod pena erat ei ante culpam. Sed dicendum quod
quamvis ex ista questione videatur dubitasse egregius
doctor Augustinus. qui videtur posse in sustinere probar-
biliter et cordis conprehensio facilitati utrobique tenere
est tamen tamquam verius et magis conveniens quod anima ade
creata fuit in corpore. Unde dicitur quod eam produxit ante cor-
poris formationem. Sed non videat satis rationabili posse dici
quod de animam ante corpus eius produxit. ut ostendetur
a corpore non dependet. Sed per se posse subsistere
et hoc potest ostendere conveniens eius. Et ad angeli
tamen in unionis capacitatem per quod est anima ymago quam ibi
dine angelis ad quod anima et angelus habent ordinem
longe tamen rationabilius videtur ponere quod anima producta
sit statim in corpore. Tamen quia anima unitur corpori ut perfectio
illius est naturaliter appetit copulari. adeo ut sine
illo pena sit ei esse et ab illo sequestrari. Tum quia
unitur sicut motor mobili itaque sine ipso non potest
mereri nec demereri. Et ideo non debuit ante corpus
produci. ne ante culpam puniretur. et ne absque
corpore mereretur vel demereretur. Huic autem positioni non tamen
concordat ratio et sententia sanctorum et auctoritas. quod
post productionem et formationem hominis dicitur quod inspi-
rasse. Huic tamen per pluribus rationibus secun-
dum ad sentiendum concordare possumus rationes hac parte
afferentes. Ad primum quod quod obiicitur in contrarium
dicendum quod alterius corporis est ibi per recapitulationem. vel primo
est ibi participatum. consequens tamen dicitur quod se-
cunda illud recapitulat ut addit. Ad secundum quod
obiicitur quod corpus sit productum est cum brutis etc. dicendum quod non
est simile. productio enim corporis sic concordat productioni
brutorum aliorum de productione rationalis spiritus non discordat pri-
mo particularis illorum in perfectione sua dignitate conveniat.
ductio vero spiritus sic concordat productioni angelorum. in
nomine concordat productioni corporum humanorum quam quod

spectat ad eius ornatum et ornatus productio spectat ad diem sextum. Ad quartum quod obicitur de expositione Augustini, ad temporale dicendum quod Augustinus illa exponit propter hoc plus extendat quod temporalis fuit potentie, quia caret fine. Non tamen omnino quia aptitudinem ante et maxime si sit talis quod sui productio apertius rei temporalis habeat tenorem et sic fuit in anima Ade. Et propterea si sic possit esse utique de eius tempore quod potest habere rationem exitum. Non tamen habet ... et eo quod sic habet rationem exitum quod est temporalis anima eius rationalis et si in aliquo sit ... rationem exitum in quantum talis est, tamen in aliquo animat corpus in ... sit tempore mensurari. Ad quintum quod obicitur quod anima non dependeat a corpore quantum ad esse, dicendum quod etsi non dependeat a corpore tamen indiget eo ad sui conservationem, dependet tamen propter appetitum suum et inclinationem quam habet ad ipsum, sicut forma ad materiam propriam. Et ideo sicut forma producitur in materia, sic anima Ade producta debuit simul cum corpore. Ad sextum quod obicitur de ordine universalis dicendum quod non est simile, quia ista quando mundus fuit non dependebat ad invicem, et unum potuit habere esse completum sine altero. Non sic autem est de anima et corpore, quorum utrumque ab altero dependet. Ad septimum quod obicitur quod anima originaliter magis appropriat dicendum quod cum Deus sit alpha et o, principium et finis, rationalis creatura in utroque habitudinem sit ei appropinquatione ... angelica non propter ei approximat rationem principii et humana plus rationem finis. Ideo inter omnes creaturas prior omnium creata est sapientia, scilicet creatura angelica, et dignitate et origine. Et post omnia producta est anima humana tamquam finis omnium et consummatio. Et ideo quamvis multum approximet Deo, in quantum tenet rationem originis, non minus tamen appropriat Deo in quantum habet rationem finis, et ideo convenientius fuit eam produci postremo quam prius. Hec dicta sunt de anima Ade, per ea de aliis animabus in suo loco queretur.

Consequenter queritur de productione primi hominis ex parte corporis. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur utrum corpus primi hominis produci debuit ex parte de natura celesti. Secundo quaeritur utrum productum fuit pure de natura elementari. Tertio queritur utrum conditum fuit in equalitate complexionis vel in equalitate.

Circa primum sic proceditur, et ostenditur quod corpus Ade produci debuit ex parte de natura celesti. Sic nobilissime forme debetur dari nobilissima materia. Sed nobilissima inter formas est anima rationalis innocens et absque peccato, qualis fuit anima Ade. Nobilissima inter naturas corporales est natura celestis. Item motoris ad mobile debet esse proportio. Sed anima rationalis motor in corpore est humano, ergo ei debuit dari corpus impassibile. Item finis imponit necessitatem his que sunt ad finem. Sed totius anime Ade finis est ad proprie

tionem beatitudinis. Locus autem beatitudinis spiritualis est in superiore. Corporalis est celum. Ergo sicut spiritus Ade non quiescere nisi in Deo, sic debuit ei dari corpus quod non quiesceret nisi in celo. Hoc autem est corpus de natura celesti, ergo etc. Item spiritus rationalis propterea absque culpa conditus fuit, maxime erat potens et idoneus ad agendum, perspicax erat promptus et idoneus ad agendum, perspicax erat cognitionis lucidissime et idoneus ad cognoscendum, liber erat voluntate ... et non facilis ad tendendum nisi in optimum. Ergo debuit ei dari corpus cui maxime competit agere et ad cognitionem disponere. Et quod maxime habet per ceteris dignitatem, hec autem est lux et natura celestis, ergo corpus Ade ex parte produci debuit de celesti corpore. Item anima rationalis quodammodo est omnia. Si ergo corpus debet proportionari anime corpus debet habere cum omnibus convenientiam. Sed hoc non haberet si esset ex parte de natura celesti et non conveniret cum eis, ergo etc. Item anima rationalis quamvis sit simplex in essentia, tamen est multiplex in effectu. Ergo si corpus ei debet correspondere necesse est quod corpus eius habeat varietatem in partium compositione et organizatione. Sed hoc non haberet si esset corpus pure celeste, ergo etc. Item vegetabili et sensibili disponunt ad rationale et magis ad ipsum approprinquant quam alie corporis, nec aliarum corporis unitur rationali potest absque vegetabili et sensibili. Nullum ergo corpus est habile ad actum vite rationalis nisi prius fuerit habile ad actum vite vegetabilis. Tale autem est corpus humanum, et hoc non potest esse ex parte corporis celestis, ergo etc. Item corpus simplicia quorum ab anima debetur unus motus tamen. Sed corpus sit celeste sive elementare, corpus a quo ab anima debetur motus in omnem differentiam, et anima sit motor sufficiens, ergo corpus Ade non potuit esse omnino de natura corporis simplicis. Ergo neque pure de natura celesti. Ad oppositum quod corpus Ade non fuit pure formatum de natura celesti, sicut innuit textus Genesis qui dicit eum formatum de limo terre, nec debuit ex parte de natura celesti formari. Immo de natura elementari, hoc exigente ordine conditionis, quia in omnibus suis operibus sic servat sapientia divina sicut requirebat natura. Hec ordo erat ut in processu a creatione in processu ad creaturam perveniret ad suum finem. Ordo ipsius hominis in se ipso requirebat, quia natura homo conditus fuit ut natus multa cognoscere, non solum cognitione intellectiva sed etiam sensitiva. Ideo debuit dari corpus multiforme, ut diversa organa diversitati sensuum deservirent ad diversa obiecta cognoscenda. Quarto natura conditi fuit ... ut potens vivere in iustitia et mori propter culpam. Dari debuit ei corpus quod non tamen esset habile ad vivendum sed etiam quod posset fieri habile ad moriendum. Circa ista requirebat ut corpus daretur homini multiforme et ad corruptionem possibile, et non est celeste sed elementare.

Marginal notes:

elevabile.

[? Non] physice dicentur ... distinguit triplicem motum, scilicet motum ad ... sursum deorsum, quod est elementorum gravium scilicet terre et aque, sursum a medio, quod est elementorum levium, scilicet aeris et ignis. Circa medium, qui est corporum superiorum.

ordo ipsius hominis in se

Cordo (?) hominis ad creaturam in fine requirebat. Cum
enim angelis in inferiores facte sunt, ut defuerunt creature
rationalis sicut superiores facte sunt, et ut me-
illa quodam modo perducerent in finem. Hec est quod debuit fieri ratio-
nalis creatura talis compositis (?) que obsequium in fine creatu-
rum esset ei utile. Et quia mediante illa creatura pre
inferiores quodammodo perducuntur ad beatitudinem. Et ideo
ut ne in fine posset homini deperire. Et in homine
quodammodo glorificari debuit homo. Non tamen extremum su-
periorum corporum, quod extremum eorum constitui ordo et ad crea-
turam penitus, id est ad angelum. Hec requirebat. Sicut enim
facta est una rationalis creatura propter deum, et in loco supre-
mo, scilicet in empyreo, sic debuit fieri alia rationalis crea-
tura in loco infimo, scilicet terra. Et ideo corpus eius constitui
debuit ex terra, tali habitationi conveniens. Et ideo magis extre-
mum quam celestis ordo et ad finem. Hec requirebat.
Delebat enim homo sublimitatem (deo) ut per humilitatis meritum ascenderet
unde angelus cecidit per sublimitatem elationis. Et ideo de-
buit sibi dari corpus constitutum de terra inferiori, ut se
ipsum pulverem reputans, cui per omnia subiaceret;
unde in scriptura maluit eum dicere de limo terre produc-
tum, ut ex hoc homo perficeret et ascenderet per humilitatis meri-
tum. Et ideo contrarie sunt rationes que ad hoc sunt inducte.
Ad primum non contrarium (?), de nobilitate forme. Dicendum quod
nobilitas materie venit ex ordine ad formam. Cum
igitur corpus magis erat ordinabile ad animam, quia erat con-
stitutum ex materiis inferioribus, quam corpus quod esset per se celeste,
hinc est quod sic ut sit nobilius in se, tamen in ratione ad
formam corpus ex diversis elementis compositum magis est nobile.
Ad secundum quod est quod motoris ad mobile, dicendum est propter hoc. Dicendum
quod quamvis anima sit immortalis, tamen motor non, quia tamen creata
fuit, mori poterat, morte consumptionis. Et quia corpus dignum
est ei non solum ad vivificandum, sed et ad merendum. Propter quod
non solum dari debuit corpus aptum eius immortalitati,
sed et aptum eius mutabilitati. Et ideo non solum necessarium ad
perpetuitatem, sed et possibile ad mortalitatem. Ad tertium op-
positum quod licet factus est propter beatitudinem, ita tamen ut perveniret
per meritum et bona opera. Et ita prius esset viator
quam comprehensor. Et quia prius oportuit eum transire per
viam quam perveniret ad patriam, ideo in patria sui condi-
tione debuit ei dari corpus conveniens per statum vie. Et
quia locus deputatus ad merendum erat locus
inferior, scilicet paradisus terrestris. Ideo quod competebat
corpus suum de terra inferiori assumi, non principaliter
de ~~...~~ celesti, cum assumeret in gloria. Tunc
corporis est dispositio et valitudo (?) sicut in quarto. Ubi agit
de dotibus corporum gloriosorum. Ad quartum dicendum quod anima
illa erat potens ad agendum et congnoscendum (?) tamen
tendens in deum. Dicendum quod et si erat potens ad actionem,
non tamen ita perfecte potens erat, quin esset possibilis
ad defectum. Et ideo non sequitur quod deberet esse adi-
cplenda dari corpus celeste, quod est incorruptibile. Sed ma-
gis elementare, quod ex bona dispositione et complexione e-
lementorum esset proportionatum ad agendum, et mixto (?) illo etiam
esset possibile ad patiendum.

Consequenter queritur utrum corpus ante sui primi hominis constitutum
fuit de natura elementari, an sit extra naturam elementarem
et contrariarum naturis celestis. Et quod sit extra elementa
contrariarum natura celestis ad corporis humani constitutionem
videtur velle. Augustinus super Genesim ad litteram. Quidam (?) quod anima
mediante luce corpus vivificant et administrat.
Et ideo Avicenne, licet corpus humanum sic conditum
ut naturam celestem vivificans, ubi quod ad eius con-
stitutionem convenit illius. Et hoc est natura celestis. Generaliter
Item philosophus in xvi libro de animalibus dicit (?) quod in nobis est calor
igneus et calor celestis. Quicquid est calor
vitalis, sed non est actus sive substantia. Et constitutum
natura celestis. Item in potentia est omnia vivere
et fortitudine tamen cuius. Ipsum quod sit elevatum a con-
trarietate. Quia si id haberet contrarietatem, prius discor-
diam faceret quam concordiam. Sed etiam non contrarietate
vitalis quod est, nisi natura celestis, et tamen corpus vivificabile
necesse est una elementa convenientia. Manifestum est in-
stitutione corporis hominis fuit natura celestis. Item
corpus mediante anima rationali quodammodo habet beatificari.
Sed non pertingit ad beatitudinem mediante anima
quam ei unitur. Nulla tamen corpora ei convenit natura quam
constitute sui corporis. Unde videtur quod corpus primi hominis non
constitutum sit de natura elementari, sed de natura celesti.
Item in quolibet organo est sensus, et sic est adapta-
plicatum, sic ostendit Augustinus super Genesim ad litteram, et sic
pro sic (?) in homine. Unde quod corpus sit decentius constitu-
tione, quod non solum natura elementaris, sed et celestis. Item
ordo est in ascendendo et in descendendo, ita quod
ab infimo perveniat ad supremum per media. Et
sed substantia spiritualis magis distans debuit a natura corpo-
rea, opinio autem nimis ante perspicua et adhuc nimis
animam luminosa quam est natura celestis. Quod videtur quia natura corpus ad
necessitatem anime corporis unire debeat. Videtur natura lucis con-
venientem esse. Quod quia corpus primi hominis non tamen de natura elementari
nisi et de celesti natura constitutum fuit. Quod ex his
corporibus constituit corpus mixtum, non quod possit ad vivendum
agere et pati. Sed ad sola hinc sit contrarietatem.
Cum igitur natura composita corporis talis sit, ut non habeat
contrarietatem, non videtur quod conveniat ad constitutionem corporis mixti,
igitur non ad constitutionem corporis primi hominis. Item nichil
venit ad constitutionem mixti in corpus quod est insensibile (?)
miscibile autem est. Natura tamen corpus celeste

... celestia non recipiunt peregrinas impressiones.

ale. ratione tale est corruptibile. nam quinti corporis est incorruptibilis. ergo non potuit venire ad compositionem humani corporis. Item corpus humanum secundum se totum est propagabile. ergo secundum se totum est generabile et corruptibile per naturam. sed natura quinti corporis non recipit generationem nec corruptionem. ergo non videtur esse de constitutione humani corporis. Item si esset de constitutione, quero unde sumpta sit illa natura. aut enim de celo, aut de terra. Si de celo, ergo videtur quod ab illo ipso esse fiat aliquorum partium separatio [illegible] et generatur homo. si de terra, sed contra non est de terra, quia non sit [illegible] corpora producere. sed non quinti corporis non est nata produci de [illegible]. ergo nec de celo nec de terra potest sumi illa natura. ergo non est de constitutione corporis humani. Si tu dicas quod de celo venit per radiorum immissionem, hoc non videtur. quia ipse radius est per radium separari a sua origine. ipse enim venit ad alterius compositionem. cum lumen in medio sit per modum speciei et ydoli, que nullo modo veniunt ad compositionem alicuius rei illius. Item si non quinti corporis venit ad compositionem corporis hominis, quero quid fiet de ea cum corpus humanum resolvitur. aut enim tendit sursum, aut in terra non manet deorsum, aut corrumpitur in alio elemento. sed in aliquo elemento non potest corrumpi cum sit per naturam incorruptibilis. deorsum in terra non convenit sibi manere. cum eius plus levis sit esse in centro. cum non inclinetur, sursum tendit. ergo videtur spatium orbium celestium aliquando ampliari aut condensari. Si tu dicas quod cedit in compositionem alterius corporis, nec hoc est corrumpi. cum ergo ex corpore hominis generentur vermes, aut bufones, et serpentes, oportet quinti corporis esse de constitutione vermium, sicut de constitutione hominum. Item quero per quid quinti corporis veniat ad constitutionem humani corporis. aut enim per mixtionem, aut per animationem, aut per sensum, aut per intellectum. Si per mixtionem, tunc ergo esset de compositione elementi mixti. si per animationem, tunc esset de compositione plante. si per sensibilem, tunc esset de compositione aliis brutorum. Si ergo venit, hoc est per intellectum solum. sed intellectus nullius partis corporis est actus. ergo quod est de se non magis exigit corpus suum compositum de celesti quam de elementis. Ad predicta intelligenda notandum est quod circa hoc est triplex modus dicendi. quidam dicere voluerunt quod non celestis venit ad compositionem humani corporis sicut elementum per eo quod non celestis non aliud quam non ignis. et ideo cum consideret ignem ad constitutionem humani corporis venire, dicunt corpus humanum ex non celesti constitutum esse. hoc autem non, ignis est sicut alius permixtum habet agere et pati et corrumpi et generari. et hoc patet esse falsum. puri cum in spera sua, tum quia illi tanta est regens hoc non suscipit corruptiones, nec peregrinas impressiones. et ista sua potentia ubi aliquid mutatur. quod negant esse quinti corporis pars. unum corpus mundi. sed hoc ponitur per hoc et quia aperte repugnat quod pertinet corpus mundi, posuit essentiam quintam, secundum eam coniunctam elevatam, quod valde irrationabile est. sicut ostensum fuit est. d. xiiii. nec huic repugnat sententia aliis. Si recte intelligatur. sicut ibidem expositum est. Ideo alii volunt aliis dicere quod non celestis venit ad compositionem humani corporis sicut unum ex eis. sed sicut medium ligans omnia elementa et illa concilians. et hoc dicunt exigere dignitatem complexionis humane. propter quod corpus humanum in sua compositione habuit elementa in proportione equalitatis, habuit et proximitatem ad hoc ut per modum conservativum constitutum in celesti mansione. et sic debuit habere naturam celestem, et claritatem de sui compositione et claritatem per statum in quem competebat ipsum habere corpus per statum puritatis in quo competebat ipsum habere corpus clarum et impassibile. et quod in statu vie non clarus per donatur, sic in statu patrie erit ei. Hoc autem si videatur satis probabile esse dictum, tamen non modicam habet calumpniam. quia illa non quinti corporis cum sit incorruptibilis et contrariis contrarietatem veniat ad commixtionem cum aliis elementis. Et iterum si venit, unde venit, et quo cedit, difficile est assignare. Et ideo est tertius modus dicendi, quod duplex est [illegible] de non celesti. quantum ad proprietatem aliquam, et fortitudinem. proprietatem non celestis dicimus esse non quinti corporis. que sic perfecta est per sua forma ut nullo modo habeat appetitum ad aliam formationem. Sic est activa quod nullo modo potest pati et corrumpi. et sic est non orbium, et stellarum, et firmamenti. Hoc autem non venit ad compositionem humani corporis secundum substantiam et virtutem. sed solum venit secundum virtutem, quia virtus stellarum et orbium influendo super [illegible] elementorum conciliatur, que venit ad humani corporis compositionem secundum rem, dum actio elementorum regimen et dispositionem habet [illegible] influentie corporum superiorum. Alio modo dicitur non celestis [illegible] proprietatis, et sic large accipitur. Et ideo non celestis, i. quod ex sui [illegible] celo sit subtilitate, et claritate, et quadam sublimitate, agilitate. et per hunc modum species que sunt de constitutione corporis illustris et maxime hominis, dicuntur esse non celestis per subtilitatem et luminositatem, et per hoc etiam quod sublevationem habent a non contrarietatis. dum consurgunt ex commixtione elementorum. Et quanto armonia et consonantia. Et quanto in corpore humano, sicut [illegible] patebit, maior est armonia, quod tale corpus mixtum hic est quod sic calor, et spiritus, et complexio magis conformantur non celesti. et hoc in acceptione illius [illegible]

Sicut phs [illegible] d. xiiii.

[illegible] nature celestis.

[illegible] non venit ad compositionem aliorum per [illegible]:
- [illegible] ut lapides et aliis
- [illegible] ut tabule [illegible]
- [illegible] in [illegible] mixto
- virtuale et [illegible] sic [illegible] compositionem [illegible]
- [illegible] formitate [illegible]

suum naturam celestem large sumptam pro conformitatem.
iterum compositionem humani corporis secundum virtutem magis
quam compositionem altius mixti propter humane complexionis
equalitatem et dignitatem secundum virtutem tamen tam
spiritus quam calor qui dicuntur naturaliter celestis sunt de natura ela-
menti. quia depingunt et distribuunt, sed quia expresse
philosophi dicunt, iuxta hanc viam quasi probabilior est et pla-
nior. patet responsio ad questionem propositam. patet et responsio ad
obiecta. nam rationes ostendentes quod natura quinta ad-
non venit ad compositionem corporis humani loquuntur de natura
celesti prout dicitur (que est incorruptibilis et inalterabilis et im-
missibilis. et ideo non est missa ad compositionem talis, sed rationes
vero ad oppositum inducte procedunt vel de natura celesti
dicta pro conformitate. sicut dicunt predicti auctores. vel si conclu-
dant de natura quinta cum rationes dicte non ostendunt quod
veniat ad compositionem corporis humani secundum substantiam sed per
virtutem. aliter non concludunt sicut patet discurrendo per
singulas. Unde ad primum quod per obiectum de luce dicendum quod est
lux quinti corporis. et lux ignea. et lux ex equa-
litate complexionis generata sunt congenere. et hec
est illa lux quam facit corpus esse susceptibile vite, alie
vero minime. Ad illud quod obicitur de calore dicendum quod ca-
lor celestis non dicitur quod sit vere celestis sicut in
subiecto. quia nec illa calida nec frigida est. — [illegible]
Sed quia est a natura celesti secundum debitam proportionem ita
quod facit ad conservationem et talis calor in corpore
humano est. Sed ex hoc non sequitur quod natura celestis veniat
ad compositionem corporis humani secundum substantiam sed solum quod
influat. Ad illud quod obicitur de equalitate dicendum quod patet responsio.
quia non equalitat veniens inter sed sufficiat ad
aliquid esse. Ad illud quod obicitur de gubernatione dicendum quod — influens
cor dicitur gubernativum in homine non per virtutem sed per confor-
mitatem. et ideo ex hoc non sequitur quod dignitas humani
corporis sit in celestis secundum virtutem. Sed sufficit
quod sit per conformitatem. quia ad eius conformitatem redeat
in humano corpore. Ad illud quod obicitur de v. sensibus
dicendum quod sicut id quod dicitur primum elementum dicitur in duobus
sicut aqua. sub ratione vaporis dicitur in alphanam
Sub ratione humoris dicitur in gustu. sicut ipse dicit
[illegible]. Ad illud quod obicitur de ordine, dicendum quod
et si natura celestis sit excelsior inter corpora simplicia
secundum se considerata. non tamen excellit in gradu in compa-
ratione ad ulteriorem formam suscipiendam. Sed iste est
ordo quod forma elementaris unitur anime mediante forma
mixtionis et forma mixtionis disponit ad formam
complexionis. et quia hec est celestis et equalitate et — celesti
armonia conformis natura. ideo habilis est ad suscep-
tionem nobilissime influentie scilicet vite. et sic in uni-
one anime ad corpus rectus servatur ordo. Magis

ac est dignitas humani corporis propter magnam armo-
niam et proportionalem connexionem suarum partium.
quod in statu viatoris conformis sit non ce-
sti. in statu autem comprehensoris perficietur. ad-
non tamen ut sit conformis ut super naturam celeste
sit exaltata et sublimata ut ei congruat
tissime habitaculum celi empyrei.

Tertio queritur utrum corpus primi hominis con-
stitutum fuit excellens in complexione omnino
equali. et quod sic videtur. quanto complexio corporis ma-
gis accedit ad equalitatem. tanto nobilior est
et quanto nobilior est tanto nobilioris forme
est susceptiva. Sed complexio corporis primi hominis
fuit susceptiva nobilissime forme per naturam que
non erat depravata per culpam ergo fuit complexio
maxime nobilis et ideo maxime equalis. Item
tanto res complexionata est ad durandum habilior
quanto eius complexio est equalior. Inequalitas enim
miscibilium est via in corruptionem. Sed corpus ad-
habile erat ad durandum in sempiternum. quantum est ex
sua ~~parte~~ vel conditione. ergo videtur quod perfecta equali-
te complexionis et proportionis fuit constitutum. Item
ubi est inequalitas complexionis ibi necessario est pug-
na. ubi vero pugna est forma non sic potest gubernare ma-
teriam. sicut si esset ibi pax et tranquillitas.
ubi autem hoc est ibi est aliqua penalitas. sed
in corpore primi hominis fuit perfecta eorum equalitas. aut
ante peccatum fuit in eo aliqua penalitas. Sed ideo
non pena precessit culpam ergo etc. Item corp-
ore debuit sibi proportionale anime. et ideo quod diu
fuit immunis a morte culpe. corpus esset
immune a morte nature. Sed pari ratione quod diu
fuit equalis in vita. corpus fuit equale in complex-
ione. Sed in anima primi hominis nulla erat complexio
iustitie ipso constitutissimo perfecta innocentia. ergo nec
in corpore erat aliqua inequalitas. Sed concordia et ami-
citia perfecta. Sed vita est perfectissima et humana
ratio anime in corpore est perfectiorem sicut dicit
media. Sed in corpore adam anima habebat expeditas
operationes. ergo magna erat ibi harmonia et
ergo perdurabitur aliud. et sic. ergo non erat per-
equalitas complexionis. Item si complexio eius
est deteriorata. tamen non est totaliter corrupta. Sed
videmus quod corpus per naturam est calidissimum et reparatur
et quedam sunt aliqua membra in quibus regnat fleuma
et melancolia. ergo et tunc ita erat. Si ergo in corp-
ore erat proportionatio humorum. pari ratione et equali-
tatum. ergo non erat ibi perfecta adequatio in mem-
bris. Item si esset ibi mixtio secundum omnia

equalitatem. quod tamen ibidem destruit magister dicens. quod corpus illud esset indifferens ad gravitatem et ad levitatem. quod et ad motum et ad quietem. si quod nec esset natum moveri. nec quiescere. nec sursum. nec deorsum esse. quod non esset corpus naturale. Item si corpus illud esset constitutum per quandam equalitatem tunc unum elementum aliud aggreret tamen reliquum resisteret contrarium repelleret. quod unum virtute sua reactum in altero non perfundaret. Et si hoc non esset ibi alteratio nec transmutatio. ac per hoc nec mixtio. aut quod corpus Ade non fuit mixtum. aut si mixtum non in perfecta equalitate constitutum. Item si corpus Ade esset constitutum in perfecta equalitate quod ignis sive calor suus non consumeret. quod alimento non indiguisset. Sed constans est per textus. et maxime per Augustinum quod alimento indiguit. quod in equalitate miscibilium ipsum corpus constitutum non fuit. Item tamen cum Adam peccavit non fuit ablatum ad quod esset ex parte corporis. quod si prius erat compositus complexione equali. post peccatum fuit similiter. quod post peccatum nulla fuit in corpore eius pugna. quod nec infirmitas nec mortalitas. quod si hoc falsum est. restat et cetera. Respondeo sic distinguunt philosophi et medici duobus modis dicitur equalitas miscibilium in mixto scilicet ad pondus et ad iustitiam. equalitas autem ad pondus potest dici tripliciter. uno modo dicitur equalitas ad pondus quando miscibilia adequantur et quantum ad quantitatem molis et quantum ad quantitatem virtutis. Et hec duo sunt impossibilia non solum modo per naturam sed per intellectum. sed in intellectu quidem quia plus habet de substantia quod habet de specie et cetera. sic enim impossibile est quod vera equaretur argento in quantitate et valore. Sic impossibile est quod elementa activa et passiva equarentur ad invicem equalitate ponderis in aqua mixtione. Alio modo potest dici equalitas ad pondus per adequationem miscibilium in quantitate molis solum. et talis est impossibilis. Quia tale corpus non esset durabile. elementa enim activa statim passiva consumerent. Si enim adequentur in illa adeo activa excederent in virtute. ut potius esset consumptio quam mixtio. nec tamen corpus illud non esset durabile. immo nec esset leve nec grave. cum motus gravis vel levis sit per dominium quam adequa tam molis. et sic non esset durabile. nec leve. nec grave esset de necessitate. nec potest esse tertio modo equalitas ad pondus. equalitas quantitate virtutis. sic quod hic dicunt tale equalitatem non esse in natura possibile. quia si esset omnimoda equalitas virtutum. virtus unius tamen resisteret quantum alterius ageret. et sic non esset perfundatio et confusio usque ad minima. ac per hoc non esset mixtio. Item si hoc esset corpus illud careret opere caloris et frigiditatis. et alia actione quantitatum elementorum. quod frustra esset ex divisis constitutum. tale quod corpus non est nec potest. quia repugnat naturae mixtionis. nec est ex intentione naturae. quia careret debita sua operatione. et sic quocumque modo accipiatur equalitas ad pondus non potuit esse nec debuit in corpore Ade. et hoc satis apparet. cum corpus Ade magis esset grave quam leve. magis esset idoneum ad agendum quam ad patiendum. quod non habuit equalitatem miscibilium. nec quantum ad quantitatem molis. nec quantum ad quantitatem virtutis. et ita non habuit equalitatem ad pondus. Unde concedendum sunt rationes hoc ostendentes quamvis procedunt ulterius. ut sic patet consideranti. Est et alia equalitas ad iustitiam. et hec est equalitas quam attendere in commixtione miscibilium secundum proportionem debitam. et secundum exigentiam forme introducende. et hec equalitas reperitur in homine. quia nobilior debet esse in eius corpore proportio et armonia miscibilium secundum quod disponit ad nobiliorem formam. Hec autem equalitas non est equalitas perfectum. sed latitudinem habet et gradus et hoc secundum diversos status. Est enim status glorie. et est status miserie. et est status innocentie. Secundum statum glorie quod est perfectissimus debetur corpori humano equalitas ad iustitiam. equalitas inquam perfectissima in qua non cadit discordia nec repugnantia. nec actu nec possibilitate. Statum miserie quod est status imperfectus debetur corpori hominis equalitas. sed diminuta in qua permiscentur habet inequalitatem et discordiam solum possibiliter. sed et quandam necessitatem. Statum vero medium scilicet innocentie debetur corpori hominis equalitas media. quia discordia et repugnantia miscibilium erat aliena in actu. per adiutorium intellectualis anime gubernantis. et per adiutorium extensivum alimenti nutrientis. Erat etiam hec equalitas potius ad inequalitatem. sive ob defectum virtutis continentis. sive ob defectum alimonie. nullus autem horum defectuum esse potuit in homine. si non peccasset. tamen egressio in corpore. et sic patet quod corpus primi hominis constitutum fuit in equalitate ad iustitiam. quia media inter equalitatem que est in gloria et equalitatem que nunc est in miseria. secundum quod exigebat anime. Et hanc equalitatem probant in corpore fuisse primi hominis. Rationes inducte ad affirmandam partem istam. et eo concedende sunt. quia primum concludunt. sicut extremis velut concludere omnimodam equalitatem ad pondus. rationes ille non valent quia illa equalitas ad nobilitatem non spectat. Si autem velit concludere equalitatem omnimodam ad iustitiam ad hoc non concludunt. quia et si corpus haberet nobilissimam formam tamen adhuc erit in statu suo nobilissimo. sic erit in gloria. hec autem solum modo conclu

Item primo sic probatur quod peccatum aliquod bonum habeat corrumpere. Et quod sic videtur: Augustinus in Enchiridion: quod est ad quod magis non privatio boni, bonum privatio, minimum malum est. Cum ergo culpa committitur, necesse est aliquo bono privari. Sed non est dare quod privetur per aliud quam per culpam. Ergo necesse est ponere quod peccatum habeat bonum privare et privando corrumpere. Et hoc Augustinus insinuat expresse paulo post cum subiungit: Ideo malum ~~est~~ corruptio est, nisi quia eam qualitatem privat bono. Item hoc ipsum dicit Augustinus: quod nullo modo privat, non nocet; ergo quod nocet aliquo bono privat. ~~non nocet. Ergo quod nocet aliquo bono privat.~~ Sed malum nocet, hoc manifestum est. Ergo aliquod bonum adimit et aliquo bono privat. Sed quod privat et adimit bonum, illud corrumpit. Ergo etc. Item sicut se habent vitia corporum ad corpora, sic vitia animarum ad animas. Sed vitia corporum ledunt et aliquo modo corrumpunt corpora. Ergo vitia animarum animas corrumpunt, scilicet ipsas animas. Talia autem vitia sunt peccata. Ergo etc. Item quando quis peccat, aut perdit aliquid boni aut nichil. Si nichil, ergo ita bonus est post sicut ante. Ergo ita bonus est qui peccat sicut ille qui non peccat. Ergo ita Deo placet unus sicut alter, quod est manifeste falsum. Restat ergo quod aliquid boni perdit. Sed illud bonum quod perdit corrumpitur. Ergo est aliquando (?) boni corruptio. Sed

contra hoc Augustinus sic probat (?) [illegible] quidem dicit quod peccatum est corruptio modi speciei et ordinis. Sed corruptio non est corrumpere. Nam si corrumpitur ~~corruptio~~ corrumpitur, per aliam rationem et alia corruptio, et sic in infinitum. Et iterum actionis non est agere. Ergo videtur quod si peccatum est corruptio, quod eius sit corrumpere. Item si peccatum corrumpit, aut ratione boni substituti aut ratione defectus. Ratione boni substituti non, quia cum corrumpere bonum sit malum, bonum in quantum bonum est causa mali, quod est falsum. Si ratione defectus, hoc contra: corrumpere est agere; nullus defectus est principium actionis. Ergo peccatum ratione defectus non corrumpit. Item si corrumpit, aut corrumpit peccantem aut alium. Alium non, ut constat, quia multa sunt peccata que non fiunt in alium. Ergo corrumpit peccantem. Sed contra: nichil corrumpit se ipsum, et nichil secundum idem natum est esse agens et paciens. Et iterum nullum malum pene corrumpit punientem. Ergo videtur quod malum culpe non corrumpit peccantem nec aliquem alium. Ergo etc. Item si corrumpit, aut ex parte carnis aut ex parte anime. Ex parte carnis non, quia multa sunt peccata que conferunt ad regimen sanitatis corporis et ad oblectationem carnis. Si ex parte anime, sed contra: anima est immortalis. Ergo in ea nulla cadit corruptio. Nam si corruptio mortalis (?) possibile esset ipsam esse perituram (?). Item si corrumpit substantiam aut quantum ad potentiam aut quantum ad actum. Quantum ad substantiam non, hoc constat. Quantum ad potentias non, ut videtur, quia potentie sunt incorruptibiles sicut et substantia. [illegible] quia habet quod minor est potentia voluntatis post culpam quam ante culpam. Quantum ad actum non, ut videtur, quia peccatum subtrahit actum et supponit, et nichil corrumpit id sine quo esse non potest. Et preterea quod exigitur (?). Ergo peccatum non corrumpit quantum ad actum nec quantum ad potentiam, ut visum est. Ergo etc. Item si peccatum corrumpit aliquod bonum, aut ergo corrumpit bonum nature aut bonum gratie. Non bonum nature, quia ei non opponitur, et ut vult Dyonisius nichil existentium corrumpit [malum] secundum eo quod est ens vel natura. Si ergo corrumpit bonum gratie, ergo nullus post peccatum habet gratiam, quia bonum non corrumpit nisi in eo in quo est. Sed hoc est falsum, quia peccatores habere possunt. Ergo etc. Est ergo quod quod bonum est illud quod habet in nobis peccatum corrumpere. Respondeo dicendum quod absque dubio, sicut Augustinus in pluribus locis dicit, peccatum corrumpit et aliquo bono privat. Cum enim per peccatum fiat anime deformatio et obscuratio, non possit intelligi aliquid deformari vel obscurari sine amissione alicuius luminis (?) et pulchritudinis, necesse est intelligi peccatum aliquod in nobis bonum corrumpere. —— Concedendum est illud [illegible]

non est quod peccatum non est qualiscumque privatio, non cuiuscumque boni, nec in quacumque creatura recepta. Sed peccatum sive culpa privatio est iustitie. Iustitia autem, ut dicit Anselmus, est rectitudo voluntatis: voluntas autem est in sola rationali creatura. Ac propter hoc in iustitia, et sicut iustitia est voluntatis rectitudo, sic culpa que est iniustitia est voluntatis obliquatio. Sicut ergo per obliquitatem fit declinatio a rectitudine, et a deo rectitudinis exterminatio, sic in culpe commissione fit in anima quedam rectitudinis ademptio, sive corruptio. Et est attendendum quod cum ad rectitudinem voluntatis sit tria concurrunt, scilicet ipsa potentia et ipse habitus rectitudinis et ipsa habilitas media, peccatum non corrumpit ipsam potentiam, sed quod potentia est, nec sibi nec sibi quid proprium, non habitum rectitudinis sibi tollit, habilitatem vero mediam diminuit. Dum vero plus peccat minus et minus redditur ad rectitudinem iustitie habilis, sicut linea magis et magis curvata minus est habilis ad dispositionem rectitudinis. Concedendum est ergo sicut rationes ostendunt quod malum culpe habet bonum corrumpere. Ad primum ergo quod obicitur quod privationis non est privare nec corrumpere corrumpere, dicendum quod cuiuscumque actus non habet generare alium actum, tamen habitus habet generare ex actibus, et ideo malum culpe prout est corruptio et deordinatio existens in actu prout est cum deordinatione voluntatis, sic habitum et ideo peccatum sive malum culpe dicitur corrumpere: actus inordinatus voluntatem reddit inhabilem. Nec sequitur ex hoc quod actio sit exactiva, sed quod deordinatio in habitu sit ex deordinatione in actu. Ad secundum quod obicitur quod malum corrumpit ratione boni substrati vel ratione defectus, dicendum quod corrumpere duo dicit, scilicet agere et deficere: nam corruptio est actio cum defectu. Dico ergo quod malum culpe habet corrumpere, ita quod ratione boni substrati est ratio agendi, ratione vero defectus est ratio deficiendi. Illud patet: voluntas enim dum peccat corrumpit se, quia dum seipsam movet deordinate reddit se deordinatam et ad bonum minus habilem. Non potest se deordinare nisi voluntas et seipsam moveat. Quod dico se movere, dico ad bonum substratum; quod autem dico inordinatum, dico defectum. Et huius satis congruum exemplum: potus augmentatus et magis recitat in illa quod in medicina corrumpit, sic corrumpit abstinentia a debita consumptione ab abstinente et consumit vires naturales, sive consumit naturales destructus alimenti, et ita actio ex defectu, sive in hoc est similiter. Ad aliud quod queritur autem peccans corrumpit se aut alium, dicendum quod corrumpit se, quia voluntas subiungit quod nichil corrumpit se ipsum, dicendum quod verum est si agat secundum operationem naturalem suam debitam. Culpa autem non fit secundum ordinem nature sed contra naturam. Et si obiciatur quod non est agens et patiens secundum idem, dicendum quod illud verum est in

huius potentiis que possunt se seipsas reflectere. Nam sicut dicit Anselmus, voluntas est instrumentum seipsum. Talis deordinate seipsam movet et se ledit, et sic ipsi necumtum infert, pro eo quod vel ex recto ordine se privat vel contrario ordine se elongat. Ad primum quod autem peccatum corrumpit ratione carnis aut anime, dicendum quod principaliter ratione anime; nam et si peccatum aliquod corrumpat ratione carnis, sed accidit, sicut superfluitas coitus vel cibi et potus. Nocet corpori in anima autem peccatum semper aliquam corruptionem facit, non secundum substantiam, quoniam est immortalis et incorruptibilis, sed secundum rectitudinem et habilitatem ad ipsam, ergo quod anima est melioribus et nunc in eodem statu permanens. Sicut patet per experientiam quod diu sumus in hac miseria. Ad illud quod ultimo queritur utrum corrumpat quantum ad substantiam aut quantum ad potentiam aut quantum ad actum, dicendum quod malum culpe corrumpit quantum ad actum non simpliciter, sed in quantum actus ille est ordinatus in finem. Non enim culpa privat ipsum actum, sed privat ordinem actus in finem. Et propter hunc modum dico quod non corrumpit potentiam, sed habilitatem sive ordinabilitatem per quam ordinatur ad suum complementum. Obiectio autem illa currit ac si diminueret potentiam ibi ratione potentie et actum sub ratione actus, et ideo patet illud. Ad illud quod queritur utrum corrumpat bonum generis vel nature, dicendum quod proprie loquendo et generaliter malum culpe est privatio habilitatis medie inter bonum nature et bonum generis, que quodammodo tenet medium inter bonum generis et bonum nature, et ratione eius quod ad bonum generis ordinatur attenditur per nequitiam bonum et malum morum, ratione vero qualis est non tamen habet ex iniustis. Sed et in peccatoribus, et ideo peccatum sive fiat ab aliquo qui habet iustitiam sive fiat a peccatore, sic invenit ad quod privat et corrumpit.

Deinde queritur utrum peccatum sit ipsa corruptio passio.

Communiter loquendo et quod sic videtur, peccatum sic dicit Anselmus: non est aliud quam absentia vel carentia iustitie ubi debet esse. Sed privatio iustitie passivatio est, aliud quam carentia debite iustitie. Ergo communiter loquendo culpa est corruptio, prout est passio. Item Augustinus in libro Confessionum: iussisti domine, et sic est ut omnis motus inordinatus pena sit. Sed motus inordinatus est culpa, pena autem motus inordinati non est nisi corruptio passiva quam homo incurrit ex illa inordinatione. Ergo peccatum est ipsa privatio passio formaliter loquendo. Item omnes actiones anime passiones sunt, sicut multi probant. Ergo omnis inordinatus actus anime est inordinata passio. Sed quod est inordinatum est culpa. Ergo illa passio sive corruptio inordinata est culpa. Item cum anima deformat seipsam, ipsa deformitas qua anima deformat remanens in ea et in seipsa

Ius possibilitatis per iustitiam (diagram): Bonum anime: bonum gratie; potentia media; peccatum; debilitat potentiam; privat gratiam; relinquit substantiam

Marginalia: movet — Secundum quod autem substantia sit in corruptibilis aliquid tamen de actu corruptibilis in se vel in toto vel in parte ut habilitat ad gratiam — Ad hoc et sufficienter dicendum: nam in potentia habitus habet ad gratiam quod peccatum corrumpit, privatio habilitatis ordinabilitatis in finem quod malum corrumpit non autem corrumpit potentiam nec potentie actus — Et utrum peccatum sit corruptio activa vel passiva — Secundum deordinationem anime

illi. aut ergo illa deformitas est culpa, aut aliquid aliud. Constat quod culpa que remanet in anima non est nisi ipsa deformitas qua anima deformis facta est. Ergo videtur quod prima sit ipsa corruptio passio. Item corruptio passio in qua est privatio modi speciei et ordinis, aut est culpa, aut est pena. Si pena, ergo talis corruptio privatio videtur quod sit a deo. Ergo deus reddit animam deformem et iustitia privatam, quod prophanum est dicere. Restat ergo quod sit culpa. Sed contra Augustinus de libero arbitrio: culpa est malum quod facimus, et pena malum quod patimur. Si ergo corruptio passio est malum quod patimur, videtur quod non sit culpa sed pena. Item Augustinus: malum culpe est affectio voluntaria, malum pene est affectio involuntaria. Sed corruptio passio non est voluntaria sed involuntaria, quia nemo vult corrumpi nec deformari. Ergo videtur quod non sit culpa sed pena. Item magister in libro secundo dicit: privatio activa, non passive. Nam ideo malum vel peccatum dicitur corruptio sive privatio, quia privat bono. Item hoc idem ratione. Omnis pena est iusta et laudabilis. Sed omnis corruptio passio est pena, cum dampnificet et privet eum qui corrumpitur. Ergo omnis corruptio passio est iusta et laudabilis. Sed nulla culpa est iusta et laudabilis. Ergo nulla culpa est corruptio passive dicta, sicut prius ostensum est. Item cum et effectus et generaliter non est ergo culpa corruptio distinguitur. Sed peccatum corrumpit et est prius corruptionis passive. Ergo corruptio passio et ipsa culpa distinguuntur generaliter, nec est ergo culpa corruptio boni passive dicta. Responsio ad predictorum intelligentiam est notandum, sicut predictum est, peccatum est corruptio consistens in voluntate et in actu, cum sit obliquatio a rectitudine iustitie. Voluntas autem in actu suo est in statu se ipsam movendi. Unde quando voluntas ad aliquid movetur libere, si moveat vel afficiat inordinate, illa inordinatio respicit voluntatem moventem et voluntatem motam, quia voluntas dum inordinate afficit, inordinate movet et inordinate movetur. Quando ergo culpa prout consideratur in actu, nichil aliud est quam motus voluntatis inordinatus; et ad illum motum concurrit actio et passio. Non tantum est corruptio activa, immo et corruptio passiva, et inordinatio qua anima se deordinat, et inordinatio qua anima deordinatur. Utrumque est culpa dicitur prout comparatur ad iustitiam. Tamen [illegible], et quia quales sunt actus, tales sunt habitus generati ex actibus, sicut est in genere morum habitus. Hic est quod deformitas vel privatio in quo remanet et habet in se aliquid correspondens actioni et aliquid

correspondens passioni. Nam voluntas dum peccat actualiter in habitus efficitur, et in quantum habet rationem moventis et in quantum habet rationem moti. Et ita culpa considerata in habitu in quantum remanet in anima post actum peccati, et est corruptio sive privatio correspondens actioni, et est corruptio sive privatio correspondens passioni. Et sic dicitur culpa est corruptio sive privatio boni non solum active sed et passive dicta secundum veritatem loquendo. Proprie tamen vero corruptio illa in quantum est active [illegible] rationem culpe, in quantum non passive [illegible] rationem pene, quia in quantum est active [illegible] voluntatis. In quantum vero passive [illegible], nec ista sunt inconvenientia esse eadem actione et in motu. Nam expresse videmus quod in eadem actione convenit, et eadem actio et delectat et ledit, et ex omnibus constat. Sicut cum scabiosus scalpendo cutem suam dilaniat et dilaniando delectatur et dilaniando leditur, et unum placet et reliquum displicet. Sic et in eadem actione spirituali est aversio ab incommutabili bono et conversio ad commutabile bonum, et conversio placet et aversio displicet. Sic et in proposito intelligendum est quod eadem culpa potest dici active et passive, prout tamen active dicitur habet rationem culpe, in quantum vero passive rationem pene. Concedende sunt ergo rationes ostendentes quod aliqua corruptio passio, utpote illa que est rectitudinis privatio, culpa est. Ad id quod primo obicitur quod culpa est malum quod facimus etc. Patet responsio ex hiis que dicta sunt. Nam cum idem motus possit esse actio et passio in quo voluntas se ipsam movet, sic et eadem actio potest esse culpe et pene, licet sub alia et alia ratione. Similiter respondendum est ad secundum quod obicitur de involuntario et voluntario. Ad id quod obicitur de illo magistri, dicendum quod ideo dicit privatio [illegible] comparatione magistri, non [illegible] dicit culpa corruptio activa, quod corruptio passio [illegible] dicitur [illegible] culpabilis est. Ideo tamen [illegible] culpabilis est, et [illegible] quod ipse fecit contra illam [illegible], nam [illegible] rationem pene quam culpe. Ad id quod obicitur quod omnis pena est iusta et laudabilis, dicendum quod est pena inflicta et pena acta et pena contracta. Et cum dicitur quod omnis pena est iusta et laudabilis, hoc intelligitur de pena inflicta; de pena acta vel contracta non habet veritatem. Prout intelligitur sub ratione pene privatio aut boni passiva sive ipsa anime deformatio non est pena inflicta, sed contracta, quia anima hanc penam in se facit dum peccat. Ad id quod obicitur quod peccatum est cum corruptione passive, dicendum quod ad intelligentiam [illegible] quod est in actu, quod est cum corruptione voluntatis [illegible] modo habitus [illegible]

ac oīnīsū ē pus. h' rōnē actōis & passiōis. pt
tū d. q' & si pc' dicat corrūpēs. nō tū ē gpc' cū
corruptōis. s; pci' ipē pcans. & dicitur pc'
cē cū corrūptiūs passiētib; dicat rōe ipē pcan
tis. sic d' ē cū passioīb; rōne ipius agētis.
fortassis .n. c' pt ē actō & passio sola gpa
differēs

Scd' q' uīt pōt q' corrūpit bonū/ cōiet bo
no ī eato. & q' sic uī. p' x aug'. xi. de ci.
xi. vicia cōiū ē dō, tamē malū bono/ pī pp
uiciat, n' tū ē cōiū. Sz & obnoxiū. ḡ uī mi
nū ī eo q' corrūpit naz/ cōiarī sūmo bono.
ē q' facit hōiē; rebelle & cōiuū dō. illd' p
ȳsime dō cōiatur. Sz pc' fac' hōiē; iīmicū
dō & pugnare adūsus deū. & resistēr/ sicut
ex dulsis locis scptūē accipi pōt ḡ & c'.
ē cōietas effcūū attestat' cōietati cāaz.
maxiē qn' cū sic ē maltitu cōioz/ q' nō pt ēē
reliquū. Sz sūmi boni ē iusticiā facē/ pcti
ē iusticiā puare. n' dō pōt puāē iusticia;
nec malū pōt facē iusticiaz. ḡ uī q' malicia
sit sūmo bono cōiia. mīs q' puat iusticiaz
ē q' cōiat' pcepto alic'. cōiat' ipi pcipiē
ti. Sz malū cōiat illis & mādatis di/ ihec
pcē corrupto & corrūpit q' mādata di p
cipiūt cōiuā ḡ & c'. ē cāritas & cupidi
tas opponūtur. Bnū gñt & culpa opponī
tur. Sz gñā & caritas dō uniūt & assiīlant.
& hec maxiaz hnt cū sūmo bono cōieaciaz.
ē eīn cupiditatis & culpa reddē aīaz dō dēfo
rmē & ab eo separatā & silē. ḡ hnt ē dō cō
rietate & repugnāciā. Sz cō. malum
nulli cōiat' n' ei cui ē malū. & nulli ē maluz
nisi cui nocet. Sz ḡ nullū malū sūmo bono p
nocē. q' iā nō ēēt sūmū. uī q' rōne puōnis
boni nō cōietur malū aliqd' sūmo bono. ē
cōia cōia natā ē fīi ēē id. Sz malū nullo mō natū
ē fīi ēē bonū sūmū. ḡ nullo mō cōiat sūmo
bono. ē omī cōioz aliā ē pportō. ḡ inr
illa cōietas ē iusti/ mali q' ad id sūmū nulla sūī
& mali ad bonū īncātū nulla ē pportio. ḡ
nulla cōietas ē istē mali ad id sūmū bonū. ē
cē cōiuz aliqd mō resistit & repugnat suo cō
rio. Sz diīne uirtuti cū sit oīpotissiā. n' pōt
resistē. ḡ ī pōlē ē malū cōiari. n' in se n' in
suo opē. ē nich' q' facit ad pleīitudinē
opis/ cōiat' sapie artificis. Sz mala q' pcti
ut faciūt ad decorē vniuersitatis. ḡ nullo mō
cōiant' n' boni n' sapie cōditoris. qī ḡ pro

cōirio hāt illud ītelli/ q' malū facit. facit hō
dō inimicū & deo adūsaiuz. cū di uolūtas
īpleatur ex oībz. & oīa subiciat' eius uolūta
ti & uirtuti. Rēo dd' q' aliq' malū cōiari
alic' bono sīpl' dupl' pōt intelli. aut ip̄e. & Q. 24
fīni bonitaz. aut in suo effcū & opone. pmo
mō, malū nō pōt cōiari sūmo bono/ cū illd'
sit bonū pfēciā/ cui nich' oīo sit cōiū. sco
do mō quodā mō pōt cōiari. & qdā mō non.
sīa dupl' pōt aliquis repugnē alicui ī suo ef
fcū. aut q' repugnat ex pte uirtutis ipi agē
tis. aut q' repugnat ex pte rōnē ipī sus
cipiētis. pmo modo/ nich' pōt repugnare dō ī
suo opē. q' uirtus di oīpotissima ē. & nūllz
pōt īueniē obstaculū. Scdo mō sīc distin
ē. q' nocuāītū ītie effcū, h' pt ēē dupli. co m
aut sīpl' & uli. aut ī pte. pmo n' pōt cōiari
deo ī suo opē. uirtutis .n. ē & talr ordo vniū
sitatis q' ei cōditor dedit. ut a nullo possit
malo pturbari. & q' ī plibz locis uult aug'. n. dē dal. Boet. ...
vltio vo mō q' pt repugnē deo ī effcū ī
suo. q' p malū bnū cōtīgit aliq' di effcūū
reddi mī' h'lē ad susceptōz diuīe ī fluēcie,
ad optatū pfcōnis & btitudis/ ad q' ordiatur
ex sua pma cōdicōne. & sic pz q' vno mō
malū pt d' cōiari dō ī suo effcū. sic rōnes
ad pāz pte cōiudē ostēdūt & rōēs q' ad fam alys u° modis no sic ont.
pte; cōuīgt. & ita diūsis uiis vīm cōcludūt.
& p cōde' ī sī pte & modū solued' ē ad id q' ul
timo cōicebat'. s. p q' tō ql' dicit' dei īmie'.
naū' m' mod' p de; distiguēda ē uo'tas bn̄
pla' ci' tas signi. & uo'tas bnpla' ē ipe de
ō. signi dicit aliq' effcū catū. cū q' di
q' aliquis hō aduerst' dō. h' nō intelli' qd
aduersetur & īmicet' uo'ti bnplacti. cui nlls
pōt resistē/ īmo sēp ipleī. uī ab hōie. uī de
hōie. Sz h' d' q' aduolū'tas signi. q' cum
deus pcipiat unū/ hō malus facit cōiuz. & ī
dō aduersat'. & tale hōiez qui sic aduersatur
dō. de' odit. nō affcū & repugn' uo'tas. Sz ef
fcū punitōis. sic .n. hōiez affligit/ sic q'
affligeret sūū adūsaiuz. & sic cū affligēdo/
ordinat eū ad honorē sūū. & reddit eū sibi
subiēm/ & sic uo'ti bnpla'ti certe uo'tas subī
ciuīt & militat. q'uis aliq' cōiur uideat' rōne
ei' q' repugnat uo'ti signi. sic & oīa ma
la a dō ordinātur/ q'uis repugnē uideātur
diuo ordini ī aliquo effcū pti'. & p h' q' dcā
sūt sat pt facili. ad cōiria rēndi.

consequenter quod ad secundum principale, quod dicit corruptionis bonum privationem. Et cum dicat Augustinus quod malum sit corruptio modi speciei et ordinis, circa hoc queruntur tria. Primo quomodo intelligitur per quod malum corrumpuntur ista tria simul et inseparabiliter. Secundo quomodo intelligitur hec tria per malum corrumpantur equaliter sive eque principaliter. Tertio quomodo intelligitur possunt corrumpi totaliter.

Circa primum sic proceditur et quomodo intelligitur per quod malum habent ista tria scilicet modus species et ordo corrumpi pariter simul et inseparabiliter. Et quod sic videtur per diffinitionem mali quam ponit Augustinus: malum est privatio modi speciei et ordinis. Si enim hec non esset ita esset, quod dicitur celi malo sicut quod malum est privatio istorum trium. Item ipsa est esse modus sui species et ordinis. Sed necesse se comitantur in [illegible] necesse se comitatur in privatione. Si ergo malum est privatio alicuius boni formaliter est quod simul illa tria habet corrumpere. Item maior est connexio in hiis tribus videlicet modo specie et ordine quam sit in habitibus virtutum, qui sunt diversi formaliter secundum speciem. Sed propter connexionem habituum cum amittitur unus habitus necessario et omnes perduntur. Ergo multo fortius cum per malum privatur ordo, privantur simul species et modus. Item per donum gratie melioratur anima et nobilitas quod ad hec tria scilicet modum speciem et ordinem; nam gratia reddit animam meliorem et pulchriorem et fortiorem. Ergo cum culpa directe opposita gratie et tollat ipsam gratiam, videtur quod hec tria simul et inseparabiliter corrumpat et minuat. Sed contra: modus attenditur in creatura per comparationem ad deum sub ratione efficientis, et species sub ratione exemplaris, et ordo sub ratione finis. Sed quamvis creatura deordinetur a deo secundum comparationem sub ratione finis, non tamen salvatur comparatio ipsius ad deum sub ratione efficientis et exemplaris. Ergo ad corruptionem ordinis non sequitur corruptio modi et speciei. Item in corporibus videmus modum auferri sine specie et speciem auferri posse sine ordine per malum ad quod vero bono nec. Nam aliquis habens in debita quantitate et pulchritudine forme et est et similiter in ordine. Sed sic se habet malum culpe ad modum et speciem et ordinem in spiritualibus sicut malum quod nocet naturaliter ad modum speciem et ordinem in corporalibus. Si ergo in corporalibus non privantur illa tria simul et inseparabiliter, videtur quod nec in spiritualibus. Item nos videmus quod aliqua bona nostra sic se habent quod unum potest auferri sine altero, sicut fortitudo sine eloquentia et econverso. Ergo si modus species et ordo dicunt bona nostra ipsi anime, videtur quod unum sine altero privari habet per malum culpe. Item tamen unum unius oppositum. Ergo unum malum opponitur uni bono. Aut ergo

privatum claudit in se tria predicta sive mala. At simul cum est privatio sive malum, unum quod tenendo tollat simul et semel ista tria. Si tu dicas quod ista tria sunt concurrentia in unum bonum quod consistit, possit intelligi cum videantur differre formaliter. Et item cum in omnibus habeat reperiri, quomodo dicuntur per malum culpe privari quod non reperitur nisi in sola creatura rationali. Responsio: ad predictorum intelligentiam est notandum quod triplex fuit modus distinguendi et assignandi modum speciem et ordinem in rebus. Nam aliqui acceperunt ista tria secundum diversas proprietates in eadem re consideratas. Unde quod modus dicit aliquid pertinens ad genus quantitatis, et species aliquid pertinens ad genus qualitatis, et ordo aliquid pertinens ad genus relationis. Iste modus assignandi non consonat verbis Augustini. Nam ipse vult quod in quolibet quantumcumque parvo bono non solum substantia sed etiam proprietate sive accidente sit reperire ista. Unde hec tria se extendunt ad omnia entia et per consequens ad omnia genera. Alius vero modus assignandi et distinguendi ista tria fuit per comparationem ad diversa. Aliquid enim triplicem habet considerari videlicet in se et per comparationem ad alias res coniunctas et per comparationem ad finem. Ut aliquid in se consideratur sic attenditur in ea modus. Nam unaquaque res in se finita est et modificata. Ut comparatur ad res alias sic attenditur in ea species. Sic attenditur pulchritudo ~~[illegible]~~ secundum situm quem habent in toto. At comparatur in relatione ad finem sic attenditur in ea ordo. Unaquaque enim res ordinata est dum recte tendit ad finem ad quem est. Iste autem modus dicendi et si videatur elici ex verbis Augustini, ad hoc tamen perfecte veritatem non attingit. Omnibus enim huiusmodi rebus circumscriptis remanente una sola anima adhuc potest percipi et adhuc potest attendi in ea modus species et ordo. Ideo est tertius modus dicendi probabilior, quod modus species et ordo considerantur in eadem re secundum diversas comparationes sive relationes ad deum. Attenduntur enim in unaquaque creatura secundum quod ipsa est vestigium creatoris. Quod quidem vestigium consistit in comparatione creature ad creatorem secundum triplex genus cause, sicut prius libro [illegible] dictum fuit. Ita quod modus attenditur secundum comparationem creature ad creatorem in ratione cause efficientis, species in ratione exemplaris, et ordo in ratione cause finalis. Et quia quodlibet ens creatum modificatum habet istam comparationem ad deum, in quolibet ente creato ista tria reperiuntur. Iuxta hunc ergo modum attendendum est quod creatura rationalis et non quelibet alia est ultimus preter alias creaturas comparationem per voluntatem; et utroque modo habet comparationem ad deum, et utroque modo habet reperiri in ea modus species et ordo. Utroque autem modo habet esse cum reperiri malum quod est utrorumque tamen corruptivum. Sed malum culpe propter hec consistit cum

Responsio. Totum bonum creature ideo [illegible] quia summum bonum consistit. Malum ergo est corruptio eorum in quibus attenditur [illegible] consistit. [illegible] creature ad creatorem attenditur in [illegible] ipsa creatura a creatore creatur [illegible] sive effectibus suis [illegible] creatura a tota creatore [illegible] triplicem causam scilicet efficientem formalem et finalem, ita quod non [illegible] triplica [illegible] similitudine, quo assimilatur [illegible] ad deum ut ad causam efficientem modus, ut ad causam exemplarem species, ut ad causam finalem ordo. [illegible] hec triplex similitudo in omni ente inseparabilis [illegible] corrumpit [illegible] hec tria. Ergo cum malum [illegible] corrumpat [illegible] hec tria corrumpit. [illegible] duplex habet esse, scilicet naturale, quod non corrumpitur, et morale, quod corrumpitur. [illegible] duplicem habet modum, speciem et ordinem. Hec enim tria, secundum quod constituunt [illegible] boni naturalis, non corrumpuntur; secundum vero quod constituunt [illegible] boni moralis, sic corrumpuntur. Bonum enim morale [illegible] in hoc consistit quod voluntas [illegible] ut primo moventi, conformetur ei ut regule dirigenti, uniatur ei ut fini quietanti. In opposito vero consistit malum, quia [illegible] deviat a deo movente [illegible] ~~[illegible]~~ regulante et finiente. [illegible] peccato [illegible] deviat [illegible] a deo [illegible] moventi [illegible] discordat [illegible] eligat se [illegible] a deo [illegible] ponit creaturam finem suum, et ideo [illegible] peccato fit privatio modi speciei et ordinis.

operantis, sed que est uoluntatis operantis. Et ideo priuari habet modum speciem et ordinem, quia constituitur ex ipsa uoluntate. Vt est uoluntas operantis; uoluntatis autem cum habet modum speciem et ordinem, sic bona est. Tunc enim uoluntas nostra bona est, quando in modo suo operando continuatur diuine ueritati ut principio, et conformatur ei ut regule dirigenti, et unitur ei ut fini quietanti. Et in primo attenditur modus, in secundo species, in tertio ordo secundum operationem in triplici genere cause. Quando uero ab hac triplici concausa discontinuatur a deo tanquam a principio mouente, quia deus numquam mouet ad peccatum, discordat et a deo tanquam a dirigente, et elongat se et deordinat aliquid [a deo fugiendo] a fine quietante, ponens creaturam finem. Et in omni peccato necesse est ista tria corrumpi. Et sic patet quod omne peccatum corrumpit ex uoluntate hec tria, scilicet modum speciem et ordinem simul et inseparabiliter. Et per hoc patet responsio ad obiectiones. Ad rationes uero in oppositum adductas facile est respondere. Ad primum quod obicitur quod spiritus manet salua operatione ad efficiendum et cetera. Dicendum quod uoluntas ut natura quedam est et habet ad deum comparationem in triplici genere cause. Et secundum hoc habet quemdam modum speciem et ordinem, in quibus consistit in omni genere causalitatis, et malum eius priuat. Non habet hunc modum illa priuare. Alio modo sic per se habet comparationem ad deum ut mouentem et dirigentem et quietantem. Et hoc modo non manet salua operatione ad deum sub ratione principii siue dirigentis nec sub ratione mouentis, sic non manet sub ratione finis. Ad aliud quod obicitur quod in tantum [bonis] unum potest adimi sine altero. Dicendum quod hec tria duobus modis possunt accipi. Vno modo prout accipiuntur [et absolute] penes dispositiones diuersas, et hoc modo unum potest adimi sine altero. Sed hoc modo non attenditur in eis ratio uestigii. Alio modo prout attenduntur penes triplicem [causalitatis] comparationem, uidelicet prout eadem forma substantialis dat modum speciem et ordinem secundum diuersas comparationes in triplici genere cause. Et hoc dico quod ad primum est, uel prout eadem forma accidentalis dat; quod ad [illegible] certum modo numquam fallit, quia si fiat corruptio in uno eorum et fiat in specie et ordine et cetera. Ad aliud quod obicitur quod in aliis bonis creaturalibus non est ita. Dicendum quod non est simile, quia alia bona creata essentialiter differunt; ideo unum potest corrumpi et tolli sine altero. Non sic autem est in modo specie et ordine, immo ex eodem fundantur, sic ostensum est et patet per [illegible] ad ultimum. Nam et si modus species et ordo uideantur esse in bono, pro tanto sunt diuersa per essentiam, sed dicunt tres comparationes eiusdem boni, sed et illud quod ultimo querebat, quare scilicet [illegible] non est in motibus in quibus recipit magis speciem et ordinem, quod non est priuatio illorum trium, sed quia in eis consistit generalis ratio uestigii, et consistit ex omnibus causis. Sed prout consistit ex uoluntate deliberatiua.

Eadem questio. Verum hec tria per quam priuationem corrumpuntur equaliter; et quod sic uidetur primo per Augustinum: illa dicuntur bona ubi hec magna sunt, magnum est bonum, ubi parua paruum. Ergo cum in hiis tribus attenditur intensio et remissio in omni bono, ergo si idem bonum non potest esse maius et minus se ipso, necesse est quod cum ista tria sunt uestigium trinitatis summe ubi est perfecta equalitas et consubstantialitas. Ergo sicut hec tria sunt consubstantialia, quod unum sine altero esse non potest, sic et sunt equalia. Ergo quod diminuitur de uno necesse est tantum diminui de reliquis. Item hec tria priuari non est nisi bonum priuari, sicut prius ostensum est, sed in eodem et secundum idem non est magis et minus reperire. Ergo si per idem malum ista tria priuantur, necesse est priuari equaliter. Item quanto uoluntas plus recipit a deo, tanto est deo similior, et quanto deo similior, tanto magis ad deum tendit. Ergo necesse est illa tria bona per malum priuari equaliter. Sed contra uidetur quod malum principaliter priuet ordinem, quoniam malicia culpe principaliter attenditur penes intentionem deordinatam. Ergo si penes hanc principaliter consistit ordo, uidetur quod malum plus habeat priuare ordinem quam modum uel speciem. Item modus species et ordo correspondent illis tribus, uidelicet unitati, ueritati et bonitati. Sed malum principaliter et plus aufert de bonitate quam auferat de unitate et ueritate. Ergo si hec tria correspondent illis tribus, uidetur quod non adimantur ista tria equaliter. Item hiis tribus in quibus attenditur ratio uestigii, uidelicet [memoria] modus species et ordo, concordant illa tria in quibus attenditur ratio ymaginis, uidelicet memoria, intelligentia et uoluntas. Sed peccatum cum deformat ymaginem non deformat omnes potentias equaliter, immo principaliter et magis deformat uoluntatem. Ergo peccatum non corrumpit equaliter modum speciem et ordinem, sed principaliter aufert ordinem quam modum uel speciem. Item in peccato [lapso] est [illegible] et cetera deformitas est. Sed omnis deformitas principaliter dicit priuationem forme siue pulchritudinis. Ergo speciei. Ergo culpa non priuat hec tria equaliter, sed principaliter priuat speciem. Item malum aliquo modo bonum potest ordinari, sic dicit Augustinus in Enchiridion. Sed nullo modo potest species [illegible] cum sit priuatio. Ergo uidetur quod in malo magis fiat priuatio speciei quam ordinis. Non ergo fit priuatio illorum trium equaliter. Item non fit priuatio in aliqua re respectiuo nisi per priuationem prius factam in aliquo absoluto [illegible], nec est motus nisi mutato. Ergo si ordo dicit relationem ad alterum, non potest fieri corruptio in ordine nisi precorrupto fiat in specie. Videtur ergo quod corrupto fiat per malum, non respiciat illa tria equaliter. Respondeo. Dicendum quod cum ista tria, uidelicet modus species et ordo, prout priuant

Priuatur quod equaliter priuentur. Contra ista tria

Quare hec dicuntur de specie et ordine et hoc necesse est

Respondeo dicendum quod hec tria in creatura attenduntur per comparationem ad creatorem in triplici genere cause, scilicet efficientis, exemplaris et finalis. Comparatio autem ad deum in [illegible] genere causae. Per [illegible] equaliter, quia continuitatem habet creatura ab efficiente deo, tantum habet de conformitate, et tantum tendit in ipsum nisi ordinetur; et ideo hec tria per se equalia sunt, et equaliter diminuuntur.

per malum culpe. sunt contradictores eidem bonitati. non solum abinvicem separabiles, verum etiam equaliter privatur per quod malum culpe. quod enim malum culpe intime deordinat, id quod facit deo dissimilem et in tantum elongat a deo. ita quod quando gratia equaliter reddit animam ordinatam et sponsam et potentem in bonum ... vel magnificum ad ... sibi et adeptam ad deum. sic et e converso equaliter fit privatio horum ... et non sic dicitur visio in gloria et tota merces ... et equalitatem in dotibus gloriosis, sicut dicit Augustinus in libro lxxxiii questionum quod totum nomen mali de speciei privatione receptum est. non quod per malum solum species privetur vel principaliter. sed in privatione speciei intelligitur privatio aliorum. concedende sunt ergo rationes que ad partem istam inducuntur. ad primum ergo quod obicitur quod malum principaliter consistit penes intentionem. dicendum quod verum est. sed quod obicit ipse quod ordo attenditur penes intentionem. dicendum quod illud intelligitur penes quandam apparationem. nam et ipsam intentionem consistit modus species et ordo ex quibus et bona est intentio et bona est actio que ex intentione procedit. ad secundum vero quod obicitur quod modus speciei et ordini respondent trinitas ... et bonitas. dicendum quod verum est prout in illis tribus consideratur generaliter vestigium. prout autem in ipsis attenditur corruptio mali culpe que consistit in voluntate ... sunt considerari ... quod bonum est sicut in precedenti probatum patuit. et ideo equaliter per malum hunc privantur quamvis diverse ... illis. ad illud quod obicit quod malum non equaliter deformat omnes potentias per magis. dicendum quod non est simile. quia ille potentie sunt diverse et ad diversos actus ordinate. ita quod aliqui illorum actuum respiciunt culpam et ... per plus et minus. non sic autem est in proposito. nam hec tria sola ... differunt. et cum habeant ... necesse est quod quod diminuitur unum diminuatur alterum. ad ... quod obicit quod malum culpe est deformitas. dicendum quod non tantum est deformitas opposita pulchritudini. sed etiam est curvitas opposita rectitudini. ideo non sequitur quod magis privet speciem quam ordinem. non enim dicitur deformitas per solius pulchritudinis privationem. sed ... intelligi pro ... aliorum. magis tamen denominatur ab ... speciei et forme. propter hoc quod species est ... cognoscendi. ad ... quod obicit quod malum est ordinabile. dicendum quod duplex est ordo. est ordo ante factum ... qui est ex ... facientis. et est ordo post factum ... qui attenditur ... iustitiam retribuentis. primus ordo est ille qui privatur a malo per malum. et huic ordinem

malum non potest ... sic ... ordo non privatur per malum. immo malum est ordinabile in ... ordinem illum. ad ... quod obicit quod non fit privatio in ... vel aliquid absolutum. dicendum quod tamen species et ordo ut hic accipiuntur utrumque est ... non magis privatur unum ... alterum quam ... non ... tamen ... per mutationem ... est aliquid absolutum ... privatur ... ordinate modo seipsum.

Tertio queritur utrum per malum ... corrumpatur ... totaliter. et quod non ... bonum minuitur ... malum est ... aliquid remaneat. ergo per culpam numquam aufertur totum bonum quod bonum corrumpit. sed tale bonum attenditur in modo specie et ordine. ergo etc. Item Augustinus in libro de natura boni. ... magna sunt magnum bonum est ... vel minima ... si per culpam totaliter fieret ... corruptio fieret ... sed hoc est impossibile quod ... ergo impossibile est quod ista ... totaliter corrumpat. Item malum si malum est ad ... sed impossibile est quod ... tot mala faciat ... qui adhuc possit peccare. ergo numquam tantum peccat quin adhuc inveniatur ... culpa aliquod bonum quod possit adimere. sed hoc bonum consistit in modo specie et ordine. ergo etc. Item demones ... est ... ergo ... habilitatem habent ... sed quod diu habet habilitatem benefaciendi adhuc habet aliquod bonum quod malum potest corrumpere ... hoc modum speciem et ordinem. ergo numquam ista corrumpuntur totaliter per malum culpe. Item ... quod in aliquo corrumpatur totaliter. sive ... aut ille desinit esse aut non. si sic ergo per peccatum contingeret corrumpere ... immortalem et incorporalem animam scilicet rationalem quod est impossibile. si non desinit esse aut ... potest peccare aut non potest. si potest peccare ergo aliquod bonum potest perdere. et si hoc adhuc habet aliquod ... et modum et speciem et ordinem que corrumpuntur per malum culpe. si non potest ... non potest peccare ... melior est illa quam potest peccare ... ergo per ... pervenit ad statum meliorem. sed hoc est ... impossibile. ergo ... species et ordo totaliter adimatur per peccatum. sed ... omne ... a quo fit adeptio et ablatio sine est infinitum. aliud totaliter est adeptum. sed ... bonum quod est ... habilitas sive ... est. ergo si per ... culpe tollitur et adimitur necesse est quod aliquando totaliter adimatur. Item

sic tamen malum adimit tantum de bono. ergo maius malum maius adimit. et duplo malum duplo adimit. Sed nullum est peccatum ita magnum quin adhuc possit esse maius. ergo si unum peccatum per peccatum adimit aliquid de bono: possibile est quod aliquando committat ita magnum peccatum quod totaliter adimit bonum quod per peccatum privat. Item quantumcumque [hil.] certe quantitate data. quantumcumque modicum inde auferatur. ergo per repetitionem ut potest si a mari auferatur gutta aque. contingit intelligere quod aliquando totum auferetur. ergo per rationem virtutis in quantitate virtutis quod quantumcumque parum auferatur per malum. aliquando potest contingere quod totum erit consumptum. Item sicut se habet gratia ad puritatem. sic se habet culpa ad bonam habilitatem. Sed gratia adeo potest crescere quod omnino aufert puritatem sicut patet in Christo et beata virgine. in quibus tanta fuit gratia quod nulla fuit in eis ad malum pronitas. ergo pari ratione videtur quod adeo potest crescere culpa quod totaliter perimatur ad bonum habilitas. Item sicut status glorie confirmat in bono. ita status dampnationis confirmat in malo. ergo sicut per gloriam redditur homo impossibilis ad malum. ita per dampnationem eternam redditur impossibilis ad bonum. Sed ubicumque est ad bonum impossibilitas: ibi nulla est ad bonum habilitas. Si ergo habilitas ad bonum est id quod adimitur per peccatum. et modus species et ordo tollitur per culpam. videtur quod hec aliquando sint totaliter adempta. Respondeo dicendum quod absque dubio per malum culpe non contingit omnino removere et privare habilitatem voluntatis ad bonum. et modum speciem et ordinem. que secundum illam attenduntur. et hoc manifeste apparet quia numquam voluntas potest esse sine naturali habilitate. et aptitudine ad bonum. Sicut ergo non potest voluntas peccando desinere esse. sic non potest totam habilitatem illam perdere. et modum et speciem et ordinem qui secundum illam attenduntur totaliter amittere. et hoc quod dicit Augustinus expresse. et quod senserunt nihilominus omnes doctores. Sed qualiter per peccatum habilitas illa continue adimatur. et numquam finiatur sive consumatur difficile est assignare. et super hoc diversi senserunt diversimode. Quidam enim dicere voluerunt quod illa habilitas numquam totaliter tolli. pro eo quod et si sit finita in se. est tamen ordinabilis ad infinitum bonum et ad infinitos actus. ideo numquam potest tolli. nec per peccati magnitudinem. nec per peccati multitudinem. Sed iste modus dicendi non satisfacit. Illa habilitas quantumcumque diminuatur per peccatum: adhuc est ad infinitum bonum. adhuc etiam est ad infinitos actus. ergo ex illa parte ita magna est sicut prius erat. ergo in nullo est diminuta. ergo ordinatio ad bonum infinitatem vel ad infinitudinem actuum nichil facit ad illius habilitatis diminutionem. immo prius esset posset argui quod nullo modo minuitur. cum infinitum non sit minus infinito et ea parte qua infinitum. Et propterea alii dixerunt aliter. quod illa habilitas et si semper diminuatur numquam totaliter tollitur quia divisibilis est in infinitum et nunquam potest in eo. Sicut enim in continuis quantitas molis divisibilis est in infinitum. et numquam deus potest adeo per divisionem diminuere quin adhuc possit minor effici. Sic in spiritualibus habilitatis potentia que est quantitas virtutis. numquam potest per peccatum adeo parva effici quin adhuc possit minor fieri. et hoc nichil prohibet quod aliquid sit finitum actu et infinitum divisione. et ita quod sit semper diminuibile. et numquam totaliter consumptibile. Sed nec iste modus dicendi satisfacit. nam quamvis continuum sit divisibile in infinitum. tamen numquam est continuum aliquod ita magnum quod si diminuatur diminutione quantumcumque parva et postmodum continue fiat ablatio partis ita parve sicut prius et sic continue procedendo quin aliquando totum consumatur. Si pateret si a monte auferetur ita modicum sicut est unus atomus. ergo si malum ad tollit de illa habilitate. cum non sint in infinita tanta et aliquando est totaliter consumpta. Si tu dicas quod licet unum esse si insequenti culpa tamen adimitur. sicut in prima minime aut non est sic. quia semper minus et minus adimitur. et ita numquam finitur quantitas. Si quis in diminuendo acciperet millesimam partem diminuendis et postmodum millesimam partem residui et sic procedendo numquam totaliter tollet. Sed numquam hoc modo dicitur non satisfacit pro eo quod maior culpa plus tollit de bono quam minor. minorem culpam precedentem potest subsequi maior culpa et sic continue procedendo. ergo semper potest fieri maior et maior ademptio. et ita necesse aliquando potest fieri ille totius boni consumptio. et ideo dixerunt aliqui aliter ut dicitur quod quod illa habilitas semper minuitur. et numquam finitur. hoc venit ex hoc quod est durabilis et continuus influxus in infinitum. quamvis sit actu finita. unde sicut aqua que est in fonte scaturiente actu finita est. numquam tamen potest tamen exhauriri. quin semper remaneat. propter hoc quod est in virtute continue influendi. sic et proposito dicunt se habere quod ipsa habilitas ad bonum oritur et habet a libertate voluntatis. et quantumcumque voluntas voluntas se actu dehabilitet. quia tamen semper remanet libera semper per se ad bonum habilitate. et ideo sicut si aliquis subtraheret radios soli illuminanti sol posset continue suos radios restaurare. quamvis habeat actualiter finitatem. sic et in proposito dicunt se habere. et ideo cum peccatum non possit ipsam voluntatem que est radix et principium illius habilitatis perimere. et voluntas semper possit illam habilita

Hist. [margin, beside line 8]

Aug. [margin]

Et phm [illegible] phic. 4 [margin]

[illegible] phic. 4 [margin]

[illegible] phic. 4 [illegible] magnitudine [illegible] divisionem. [illegible] actu [illegible] non. [margin]

te continuare malum culpe numquam potest eam totaliter consumere, quamvis aliquo modo possit diminuere. Sed nec iste modus dicendi satisfacit. Nam si ideo habilitas non finitur propter hoc quod continue restauratur, sic duo sequerentur inconvenientia, quorum unum esset quod non habilitas minueretur nisi ad tempus, sicut nec aqua fontis; aliud esset quod homo posset resurgere a peccato per seipsum, si aliam habilitatem posset voluntas sine gratia restaurare, et restaurando continuare. Et propterea est quartus modus dicendi, videlicet quod habilitas semper potest minui et numquam totaliter consumi, tamen quia est elongabilis a rectitudine in infinitum, et numquam tamen elongatur in infinitum. Sicut enim linea curva per infinities elongari a rectitudine, et numquam tantum elongari quin adhuc possit magis. Sic culpa mortalis corrumpit habilitatem elongando ipsam a rectitudine, pro eo quod ipsum malum sive malitia est curvitas et tortuositas, in malo est progressio in infinitum. Habilitas ista numquam adeo diminuitur quin adhuc possit magis diminui, quia numquam adeo elongatur quin magis possit elongari, et numquam adeo curvatur quin possit magis curvari. Et ideo semper potest per malitiam diminui, et numquam totaliter tolli. Hic autem modus dicendi intellectus [illegible] magis videtur esse rationabilis pro eo quod fundatur super modum admodum ipsius mali. Corrumpit enim sicut dictum est per elongationem a recto, sicut autem dicit magister [illegible] recitat multa. // Ad huius ergo modi intelligentiam [illegible] nota quod culpa sic corrumpit et diminuit habilitatem illam, sicut ei opponitur. Sed non opponitur illi habilitati secundum id quod est, ut principium est susceptivum, sive prout fundatur in natura, sed secundum id ad quod est, id est prout ordinatur ad gratiam. Et ideo numquam corrumpit eam nec minuit ita quod aliquid per se sui auferat secundum id quod est. Sed quia discordat a recto ad quod est, ac per hoc sic minuit quod relinquit, et ideo sic corrumpit quod numquam totaliter tollit. Unde sicut dicit magister, quod natura corrupta culpis continue minuitur et numquam finitur, quia [illegible] opponitur ipsi nature secundum radicem suam et secundum id in quo radicatur, sed secundum id ad quod inclinat, sicut intelligitur esse in [illegible] mentis [illegible]. Si fiat [illegible] habilitas est illa quod dicitur diminui, non est aliud quam ydoneitas anime ad suscipiendum gratiam, et adeo pravatur gratia iam suscepta. In hoc ergo dicitur culpa illam habilitatem minuere, quod reddit animam minus ydoneam et aduc [illegible] dum enim homo peccat, deum offendit, et ex hoc efficitur indignus et ineptus ad suscipiendum gratiam dei, et quia peccat, pronus ad malum redditur, et ideo efficitur ineptus ad opera

non possunt. Ideo potest dici quod pater et filius et spiritus sanctus
sunt tres res. Non tamen potest dici quod sint tres bonita-
tes. Rursus quia articulus dicitur quod est ex parte rationis,
finis dicitur quod respicit voluntatem. Ideo possumus
dicere plures articulos, non tamen possumus dicere plures

Marginal notes: vnire; illa non quae sunt realia pluralisantur; [illegible]

fines. Licet tamen plures sint articuli, una tamen est eorum unitas
[margin: et tamen unitas] complexa, quia omnes ad positionem reducuntur ad unitatem
complexam. Et una sit unitas in complexa in parte etc.
etc. scilicet quia sunt una entitas et una unitas. Illi
tres articuli super unam veritatem realem fundantur,
habent. Ad primum ergo quod obicitur quod sunt tres res, ergo tres
fines, quia pro parte applicatur pluralitas ad pluralitatem convenientiae
et differentiae accipiuntur res, cum dicitur finis
est res, et tamen diversae sunt res. Ad ii quod obicitur quod
fides distinguit. Dicendum quod ex parte non sequitur quod
intentio distinguat plures fines, sicut fides plures
articulos. Nam cum intentio in caritate consumetur, et caritas
sit unitiva, plus habet intentio rationem uniendi quam
rationem distinguendi. Item quaeritur de quaestione ultimo proposita in littera, quia magister non determinat in parte alteram,
utrum scilicet voluntas finis et eius quod est ad finem sint duae
voluntates vel una. Nam quod duae sint videtur per hoc quod unum
est creatum et aliud increatum, una temporalis et alia aeterna.
Quod autem una sit videtur per hoc quod ibi est unum [illegible]
... cum dicitur ... ut cum diligo unum
diligentem me, diligo duo, sed unum. Respondeo: dicendum quod magister
hic ponit duas opiniones, non tamen aliquid explicat(?) nec aliquam magister approbat. Et ideo hic est quod
secundum diversas considerationes utraque dicit verum et utraque dicit.
Una enim dicit quod sunt voluntates duae, alia dicit quod est
voluntas una. Sed quod dicunt aspicientes ad diversa dicunt. Finis enim duplex potest esse: aut sicut obiectum,
aut sicut finis intentus finis. Si sit voluntas finis
sicut obiecti, sicut cum quod sit obiectum creatum, et quod increatum,
alia est voluntas qua volo finem et alia qua volo
id quod est ad finem, sicut alius est motus affectionis
quo amo Deum in se, et alius motus quo
amo creaturam. Si quod sit voluntas finis sicut rationem finis,
in quantum scilicet quod habet ad ipsum ordinari, sic
una voluntas est. Et uno desiderio volo utrumque, quia
voluntas simul et semel non possit ferri super utrumque,
sed successive, ut patet cum amo creaturam propter causam,
quia in amore creationis includo amorem salutis. Et per has vias duas duo sunt modi dicendi
probabiles et veri, sicut iste sunt intellecti.

d. xxxix. Hic autem oritur quaestio satis necessaria etc.

Supra ostendit magister unde voluntas habet initium
causam et depravationem. In hac parte inquirit quomodo voluntas magis
depravatur in suo actu quam aliqua alia potentia. Dividitur
autem pars ista in duas partes. In prima enim inquirit circa
depravationis voluntatis deliberativae. In secunda vero inquirit de rectitudine voluntatis humanae, quia movet
primo dicens: ibi: Solet quaeri quo intellectu sit etc. Prima pars
dividitur in partes duas. In quarum prima movet quaestionem
et determinat. In secunda vero opponit contra praedictam solutionem ad
maioris veritatis explanationem, ibi: Sed adhuc quaeri
hic nullus etc. Similiter secunda pars principalis dividitur in duas
partes. In quarum prima movet dubium et opponit. In
parte ea dissolvit per diversorum opiniones, ibi: Proposita
est quaestio probanda etc. Et sic patet divisio. Determinat
magister in parte ista quomodo voluntas depravari
possit, cum sit nullus actus potentiae. Et qualiter homo velit
bonum velit et appetat, videlicet bonum vel iudicat
rationis quod est conscientia, quae super bonum dictat, et nunc
scintilla rationis vel scientiae, quae quod est synderesis, quae semper
bonum inclinat et contra malum remurmurat.
Distinctionem ergo hanc partes inquirit hic quod est dubium
et primo quaeritur de ipsa conscientia quae est voluntas quam ad divina
secundo quaeritur de synderesi quae dicitur ipsa conscientiae scintilla.
Circa primum quaeruntur tria.
Primo quaeritur de ipsa conscientia in comparatione ad subiectum, utrum scilicet
sit ex parte cognitivae vel ex parte affectivae.
Secundo quaeritur in comparatione ad originem, utrum scilicet sit innata vel ad
ab acquisita. Tertio quaeritur in comparatione quod efficiatur(?), utrum
unius videlicet omnis conscientia habet obligare.
Circa primum sic proceditur: et quaeritur utrum conscientia teneat
se ex parte intellectus an ex parte affectus. Et quod
ex parte intellectus videtur primo Ecclesiastici septimo: Scit conscientia tua
quia tu crebro male dixisti aliis. Sed scire est actus
proprius potentiae cognitivae. Si ergo conscientiae est scire, conscientia se tenet
ex parte cognitivae. Item Damascenus dicit quod conscientia est lex
intellectus nostri. Sed lex intellectus non dicitur nisi scripta quae directe
respiciat intellectum. Ergo conscientia tenet se ex parte potentiae
intellectivae. Item omnis scientia est ex parte intellectus, maior
propositio per se manifesta est, minor probatur quia omnis
conscientia alicui inest sciens illa etc. Ergo a coniugatis
omnis conscientia est scientia. Item conscientia dicitur recta
et erronea, sed erroneum respiciat habitum vel actum
intellectivum. Si ergo dicitur rectum et erroneum spectat ad eandem
potentiam, ergo videtur quod conscientia teneat se ex parte potentiae
cognitivae. Item hoc ipsum monstratur per actus,
legere enim et iudicare et dirigere et testificari et arguere
vere omnes sunt actus spectantes ad cognitionem. Sed omnes
hi actus attribuuntur conscientiae, nam conscientia est liber
in quo legimus, conscientia etiam intus iudicat, conscientia
testificatur, conscientia arguit, conscientia etiam regit et
dirigit. Ergo videtur quod conscientia totaliter se teneat ex
parte cognitivae. Cum actus et habitus sint eiusdem potentiae.
Sed contra: si conscientia teneret se ex parte cognitivae, aut ergo
sicut potentia aut sicut passio aut sicut habitus. Non sicut
passio, quia passiones magis respiciunt affectivam.
Non sicut habitus, quia conscientia nunc est munda et nunc
immunda, et nullus habitus transmutatur a munditia

immundicia · et cetera · restat ergo quod si conscientia tenet se
ex parte cognitive non erit aliquid quod possit cognosci de operabilibus non
solum de operabilibus set etiam de speculabilibus · videtur quod con-
scientia non tantum attendat circa ea que sunt morum · set etiam
circa ea que sunt disciplinarum quod manifeste falsum est // Item
sicut intellectus se habet ad verum · ita affectus se habet ad bo-
num · ergo si quod est cuius perfectio consistit in bonitate · est ma-
gis spectat ad bonum affectivum quam ad intellectum · set conscientia
est huiusmodi · dicitur enim apostolus · i · Thimo · i · capitulo · est caritas
de puro corde et conscientia bona · et item in eadem epistola ·
milites in bona milicia habens fidem et bonam con-
scientiam · ergo et cetera // Item lex carnis repugnat
legi mentis · sicut quod Damascenus dicit · set lex carnis se
tenet ex parte motive · ergo et lex mentis non tenet se ex
eadem parte · set conscientia est lex mentis sicut supra dixit
Damascenus · ergo conscientia tenet se ex parte affective // Item
remorsus est actus potentie affective · vel saltem non est re-
morsio · id est quidam dolor et passio · set conscientia
est remordens sicut dicitur supra · i · Cor · i · non m
conscius sum · glossa · in nullo me remordet conscientia m
mea · ergo videtur quod conscientia ex parte affective se tene-
at // Item delectabile et penale se tenet
ex parte potentie affective · set in nobis est pena et leti-
cia ex parte conscientie · vermis conscientie erit magna
pena in dampnatis · ergo videtur quod conscientia teneat se ex
parte potentie affective · non ex parte cognitive // Responsio
ad primum dicendum intelligentia non est quod sicut non intellectus aliquando
accipitur pro potentia intelligendi · aliquando pro habitu · aliquando pro ipso
principio intellecto · sic non conscientie tripliciter consuevit ac-
cipi a doctoribus sacre scripture · aliquando enim accipitur
conscientia pro ipso conscito · et sic dicit Jo. Damascenus quod
conscientia est lex intellectus nostri · lex est enim id quod per conscientiam
novimus · aliquando vero accipitur conscientia pro eo
quo conscii sumus · scilicet pro habitu · sic conscientia accipit
pro habitu cognoscentis · aliquando accipit con-
scientia pro ipsa potentia conscientie · ut ita dicam · sic quod dicitur
quod lex nostra scripta est in conscientiis nostris · Cum ergo
tribus modis accipi soleat conscientia non est necessitatis
non tantum modo non conscientia pro habitu accipitur · sicut communiter
sancti · ad obiectum · Si ergo queritur cuius potentie sit habi-
tus quod est habitus potentie cognitive · aliter tamen quod sit
ipsa synderesis scientia · quia scientia speculativa est perfectio intellectus in
quantum est speculativus · conscientia non est habitus perficiens intel-
lectum nostrum in quantum est practicus · sive in quantum dirigit in opere ·
et sic intellectus habet quod in eum motum · non quod
quod efficiat motum · et ideo talis habitus set quia dici-
tur inclinat ad motum · et propterea talis habitus
non semper nominatur scientia · set conscientia · ut in hoc significa-
tur quod habitus iste non perficit ipsam potentiam speculativam

tivam in se · set prout est quodammodo iuncta affectioni sive
operationi · propter quod nos non dicimus quod dictamen conscientie
sit ad hec principiis · omne totum est maius sua parte · et ad
consimilia · set bene dicimus quod conscientia dictat deum esse honorandum
et consilia patris que sunt sicut regule agen-
dorum // Concedendum est ergo sicut rationes ostendunt quod
conscientia se tenet ex parte potentie cognitive · set non se tene-
at ex parte quod est speculativa · set ex parte quod est practica · intellectus enim spe-
culativus et practicus eandem potentiam dicunt sola extensi-
one differentem · sicut dicit philosophus · non enim aliquo modo
in intellectu quod intellectus practicus sit aliquis · vel alter potentie · set
enim negat ipse philosophus // Ad primum ergo quod obicitur in contrarium
quod conscientia non potest esse potentia · nec passio · nec habitus ·
ex parte cognitive · dicendum quod immo nominare potest et
potentiam et habitum · et cum nominat potentiam · non nominat
vel potentiam cognitivam · set prout se extendit ad
cognoscenda ea que sunt morum sive ad mo-
ralia · cum autem nominat habitum · non solum nominat
habitum naturalem · immo et potest nominare habitum acquisitum ·
et quia habitus acquisitus potest purificare et dedigni-
ficare · hinc est quod conscientia dicitur munda et inmunda · recta
et non recta · Verumptamen ubi differentie plus respiciunt
conscientiam · sicut quod stat pro nomine potentie · quam secundum quod stat pro
nomine habitus // Ad aliud quod obicitur quod conscientia dicitur esse
bona et mala · dicendum quod bonitas et malicia non
tantum modo respiciunt affectum · immo et intellectum
practicum et eius habitum · propter quod intellectus practicus
non tantum consistit in vero · set et se extendit ad
bonum · et propterea iudicatorium est · ergo quod quod est conscientia
bonum est quod bonum dictat et ad bonum inclinat
et a malo retrahit et ipsum refugit · et non non
sequitur quod conscientia sit in potentia affectiva · ad hoc enim quod dicatur
bona non oportet quod sit affectio potentie nostre · set sufficit
quod cum ipsa voluntate et affectione habeat quandam convenien-
ciam // Ad aliud quod obicitur quod lex carnis opponitur legi men-
tis · dicendum quod sicut dicit magister Hugo de sancto Victore
in sententia sive in homilie Ecclesiastes · non tantum est corruptio
quod ad potentiam motivam et inclinativam · set etiam quantum
ad sensitivam · non quamvis lex carnis principaliter consistit in
concupiscentia ad malum inclinante · nichilominus tamen presuppo-
nit fantasiam et cogitativam et carnalia in cordiate
representantem · et sic in lege mentis est ista duo
considerare · conscientia aliquid est dicere magis directe opposita
legi carnis ratione cogitationis per ambiguitatem quam ratione
concupiscentie // Ad aliud quod obicitur de remorsu · dicendum quod
conscientia dicitur remordere propter hoc quod dum ipsa monstrat
aliquod malum ipsi affectui habenti rectitudinem · sive in
ducit remorsum propter eo quod ille affectus recalcitr-
ant remorsus non est a conscientia principaliter movente · set sic

ny & ala

fructus dicitur quod conscientia munda vel immunda · non recte vel non recte affectionis quiete.

... intellectus ... intellectus speculativus et practicus. Dicitur autem scientia speculativa sicut practica ad operabilia · intellectus autem speculativus ... indiget duplici habitu regulante · scilicet habitu universali ... quod appellatur intellectus · et habitu speciali conclusionum quod appellatur scientia · ... intellectus practicus indiget duplici habitu ... uno quod ... lex naturalis ... quod appellatur conscientia · Differunt autem hii duo habitus ... lex naturalis ... ratio ... quod appellatur sinderesis ... scientia affectioni ... quia quod practica ordinatur ad opus ... appellatur conscientia · quod ad cognitionem pertinet · non tamen speculativa set practica ...

addictante. a scintilla autem conscientie que quidem est superior … est sic amouente ut inferius iam patebit.

Ad id quod obicitur quod penale et delectabile est excipere conscientie, dicendum quod non est a conscientia, immo conscientia non sicut in disponente dictante. Gaudere enim et dolere proprie affectionis est. Sed cum conscientia que est virtus testis testificatur de bono facto quod est bonum, et de malo facto quod est malum, generatur ex hoc dolorem vel gaudium in affectu. Unde et apostolus dicit: gloria nostra hec est testimonium conscientie, non attribuendo ipsi conscientie per se passionem letandi, sed actum testificandi.

Secundo queritur utrum conscientia sit habitus innatus aut acquisitus. Et quod sit habitus innatus videtur. Ro. ii. Cum gentes que legem non habent naturaliter que legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia. Et glossa: id est, et si gentes non habent legem scriptam, habent tamen legem naturalem qua se conscias sunt. Ergo ex textu et glossa probatur quod conscientia dicit habitum naturaliter cordi humano inscriptum.

Item Augustinus in libro iii de libero arbitrio: Cum omne nomen boni operis non est par accepisse naturale iudicatorium quo sapientiam quis preponat errori et gere difficultati. Si ergo conscientia est hoc iudicatorium, est ergo habitus homini innatus.

Item philosophus … naturale est quod non docuit alia. ergo si non docuit alia est quod est unius naturalis … qui excellit omnia alia. Sed cognitio … conscientia ergo etc.

Item naturale homini instinctum ad appetendum beatitudinem et ad honorandum parentes. Sed hec non potest esse sine aliqua [illegible]. ergo videtur quod habet faciendam habeamus aliquam cognitionem naturaliter nobis impressam. Sed cognitio inclinans ad hec est conscientia. ergo etc.

Item lex naturalis cognoscitur ab homine aliquo modo, aut ergo per acquisitionem aut per … si per acquisitionem, ergo non debet dici naturalis, sed acquisita sicut precepta politica. si non per …, cognitio legis naturalis non est alia quam conscientia. ergo etc.

Item vis naturalis ligatur … ligationem non perdit actus cognitionis affectionis enim … intellectus. ergo si naturalis ad id ligatur, videtur quod … naturaliter ab anima cognoscatur. Si ergo illi … cognitio est conscientia, probatum etc.

Sed contra philosophus in tertio de anima dicit quod anima creata est sicut tabula rasa in qua nichil depictum est. ergo videtur quod anima a sua prima conditione nullam habeat innatam cognitionem. Si ergo habitus conscientie dicit aliquam cognitionem, videtur quod non sit innatus sed acquisitus.

Item Augustinus in libro retractationum retractat hoc quod dixerat animam eam scientiam … sed mole corporis oppressam oblivisci eorum que sciebat. Sed non retractaret nisi haberet hoc … ergo … Augustinus quod anima habet naturaliter cognitionem agendorum. Si ergo conscientia est hic habitus cognitivus, videtur quod non sit innatus sed acquisitus.

Item non habet cognitionem de complexo nisi habeat de incomplexo. Sed non cognoscat principia nisi cognoscit terminos; propter quod dicit philosophus quod principia cognoscimus in quantum terminos. Sed cognitionem incomplexorum non habemus nisi mediantibus sensibus. non enim cognoscit colorem nisi per visum, et propterea amittentes unum sensum necesse est unam scientiam amittere. Si ergo scientia incomplexorum est mediante sensu, necesse est quod omnis cognitio complexorum sit acquisita et accepta a sensu. Sed conscientia dicit cognitionem complexorum ut … ergo videtur quod conscientia non dicat habitum innatum sed acquisitum.

Item eiusdem difficultatis vel maioris est scire ea que pertinent ad mores sicut ea que pertinent ad speculationem speculabilium. Sed scientia que est habitus cognitivus speculabilium non est nobis innata sed acquisita. ergo pari ratione conscientia est habitus dirigens … non est innata sed acquisita.

Item omnis habitus … conscientia autem alia est vera, alia erronea. ergo conscientia non est habitus … sed acquisitus.

Item habitus naturales … sunt, quia naturalia sunt illa que sunt eadem apud omnes et illa … naturas inseparabiliter. Sed conscientie non sunt eedem apud omnes … conscientia enim … tempore habet conscientiam quam prius non habebat. sicut religiosus ex quo intrat religionem habet conscientiam quod non licebat ei facere contra consilia … prius non habebat. ergo etc.

Respondeo ad predictorum intelligentiam est notandum quod preter illam positionem platonicam que posuit omnes habitus cognitionis esse anime nostre innatos, sed oblivioni datos ad tempus propter corporis molem quod implicat … tamen philosophus … tres fuerunt opiniones doctorum de origine habituum cognitivorum, et omnes positiones in hoc concordant … quod sic utuntur consuetudine … non sunt omnino de novo nec omnino ab acquisite, sed quodammodo innati … sic et habitus acquisiti non sunt omnino innati nec omnino acquisiti, sed quodammodo innati et quodammodo acquisiti. In assignando autem modum secundum quem isti habitus sunt innati et secundum quem sunt acquisiti diversificantur diversi.

Quidam enim dicere voluerunt quod innati sunt intellectui agenti, sed acquisiti sunt quantum ad intellectum possibilem, et quantum ad istum intellectum dicit philosophus animam creari sicut tabulam nudam, et ille intellectus est quasi perficitur mediantibus potentiis sensitivis. Sed istud non videtur esse consonum verbis philosophi nec veritati. Si enim intellectus agens habet habitus cognitionis, quare non possunt illos communicare possibili sine adiutorio sensuum … rursus si intellectus agens habet habitus cognitionis, anima a sua conditione non esset ignorans, immo … esset sciens, quod difficile est simul cum hoc intelligere quod … diceret esse in intellectu agente … dicitur

Innate

que est omnia fieri et agens quo est omnia facere. Tertio est secundum modum distinguendi habitus cognitivos, quod quidam nobis sunt innati, quidam acquisiti. Innati non sunt quo ad cognitionem in universali, acquisiti quo ad cognitionem in particulari; sunt innati quo ad cognitionem principiorum, acquisiti quo ad cognitionem conclusionum, verbi gratia digitus est in illa qui ... probat auditum. Sed non iste modus distinguendi consonat ... philosophi. Nam philosophus in libro Posteriorum probat quod cognitio principiorum non est nobis innata, deducens ad probandum ... quod cognitio principiorum acquiritur via sensus, memorie et experientie. Augustinus etiam XII De Trinitate loquens de puero qui respondebat de omnibus principiis geometrie dicit ibi quod hoc non erat quia anima illius pueri prius illa noverat, sed potius quia videbat in quadam luce sui generis incorporea, quemadmodum oculus carnis videt que in hac luce corporea circumadiacent, cuius lucis capax eique congruus est creatus. Et propterea est tertius modus distinguendi habitus cognitivos, quod quidam nobis sunt innati, quidam acquisiti, non sic loquendo de cognitione in particulari et de cognitione conclusionum, sed de cognitione principiorum. Cum enim ad cognitionem duo concurrant necessario, videlicet presentia cognoscibilis et lumen quo mediante de illo iudicamus, sicut videmus in visu, et ... habitus cognitivi sunt quodam modo nobis innati ratione luminis anime inditi, sunt et quodam modo acquisiti ratione speciei. Et hoc quidem vult philosophus et Augustinus concordat. Omnis enim ... concordat quod ... cognitionis sit lumen inditum, quod vocatur naturale iudicatorium; species autem et similitudines rerum acquiruntur in nobis mediante sensu, sicut expresse dicit philosophus in multis locis, et hoc etiam experientia docet. Nemo enim unquam cognoscit totum aut partem ... nisi per sensum aliquo exteriori speciem eius accipiat. Et hinc est quod amittentes unum sensum necesse habemus unam scientiam amittere. Illud autem lumen sive naturale iudicatorium dirigit ipsam animam in iudicando tam de cognoscibilibus quam de operabilibus. Sed hoc attendendum est precipue, quia sicut ... cognoscibilium quedam sunt valde evidentia, sicut ~~conclusiones prime sicut in opera~~ dignitates et prima principia, quedam sunt minus evidentia, sicut conclusiones particulares, sic in operabilibus quedam sunt maxime evidentia, ut illud: quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, et quod Deo obtemperandum est et similia. Quemadmodum ergo cognitio principiorum ... est nobis innata, quia lumen illud sufficit ad illa cognoscenda post receptionem speciei sine aliqua persuasione superaddita propter sui evidentiam, sic et principiorum moralium cognitio nobis innata pro eo quod iudicatorium illud sufficit ad illa cognoscenda. Verumtamen quemadmodum cognitio particularium conclusionum scientiarum acquisita est, pro eo quod lumen nobis innatum non plene sufficit ad illa cognoscenda, sed indiget aliqua persuasione et habilitate nova, sic etiam in talibus est ex parte operabilium, quod

sunt agenda, ad que tenemur, que non cognoscimus nisi per instructionem superadditam. Cum igitur conscientia nominet habitum directivum nostri iudicii respectu operabilium, hinc est quod quodam modo nominat habitum innatum et quodam modo nominat acquisitum. Habitum quidem innatum nominat respectu eorum que sunt de primo dictamine nature; habitum vero acquisitum respectu eorum que sunt institutionis superaddite. Habitum tamen innatum dico respectu luminis directivi; habitum vero acquisitum respectu ipsius speciei cognoscibilis. Lumen enim sufficiens ad cognoscendum quod parentes sunt honorandi et quod proximi non sunt ledendi, non tamen habeo in me speciem parentis vel speciem proximi, ... plana est responsio ad obiecta. Et per hoc ... quod conscientia dicit habitum quodam modo innatum, videlicet respectu illius luminis super nos signati, quod ... nobis ... quod est scientia aliorum habituum adquirendorum, et sic concedo rationes ad primam partem inductas. Concedo nichilominus quod conscientia dicit quodammodo habitum acquisitum, videlicet respectu specierum ipsorum cognoscibilium, sicut ostendunt rationes ad secundam partem inducte. Concedo etiam quod dicit habitum quodammodo acquisitum respectu speciei operabilium, sicut tres alie rationes ostendunt. Quod igitur obicitur quod ... cognoscit per suam essentiam ... non per speciem ... conscientia esse habitum simpliciter innatum ... quod est de amare et de timere. Deus enim non cognoscitur per similitudinem a sensibus acceptam, immo notitia illius est nobis impressa, sicut dicit Augustinus. Quid autem sit amor et timor non cognoscitur per similitudinem exterius acceptam sed per essentiam. Hi enim affectus essentialiter sunt in anima. Ex his patet responsio ad illam questionem qua queritur an omnis cognitio sit a sensu. Dicendum est quod non. Necesse est enim ponere quod anima novit Deum et se ipsam et que sunt in se ipsa sine adminiculo sensuum exteriorum. Unde si aliquando dicat philosophus quod nichil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu et quod omnis cognitio habet ortum a sensu, intelligendum est de illis que quidem habent esse in anima ad modum scripture. Et propterea valde notabiliter dicit philosophus quod in anima nichil scriptum est, non quia nulla sit in ea notitia, sed quia nulla est in ea pictura vel similitudo abstracta. Et hoc est quod dicit Augustinus in libro De civitate Dei: Inseruit nobis Deus naturale iudicatorium ubi quid sit lucis, quid tenebrarum cognoscitur in libro lucis qui veritas est, quia veritas in corde hominum naturaliter est impressa.

Tertio queritur de conscientia quantum ad effectum ligationis. Et queritur utrum teneamur ad omne illud quod conscientia dictat esse necessarium ad salutem. Et quod sic videtur: Ro. XIIII: Omne quod non est ex fide peccatum est. Glossa: quod non est ex fide, id est contra conscientiam, ut credamus malum esse, peccatum est. Sed hoc non esset nisi conscientia ligaret ad omne illud faciendum quod est de conscientie dictamine. Item lex obligat ad faciendum illud quod ipsa dictat. Lex enim dicitur a ligando. Sed

conscientia ligat ad ... quia ipsa dictat lex eius
est lex intellectus nostri. ergo tenemur ad omne quod ipsa
dictat ad salutem esse necessarium. Item tenemur
ad faciendum id quod iudex mandat. sed conscientia est iudex
noster secundum quod dicitur Rom. xiv. in glossa. ergo tenemur ad
id quod conscientia dictat. Item si est ita quod quocienscumque
aliquis facit contra conscientiam suam peccat mortaliter
pro eo quod contempnit deum. ergo si non possumus non contra
ea que dictat conscientia ... quod ... sit ... si contra hoc
faciamus peccamus mortaliter. videtur ergo quod tenea
mur ad faciendum omne id quod conscientia dictat esse
ad salutem necessarium. Contra si obligamur ad omne
id quod conscientia dictat. sed conscientia aliquando dictat faci
endum aliquid contra deum. ergo tenemur facere contra deum.
contra nullus peccat faciendo id ad quod tenetur. ergo
faciendo contra deum non peccamus. Item quedam sunt
ita mala secundum se quod quis non potest facere illa pro
aliquo [illegible] nullo bono fine possunt fieri. sed ad nichil
potest obligare quis conscientia ad quod non potest obli
gare deus. cum conscientia sit sub deo. ergo si conscientia di
ceret talia [illegible] quod ad talia non possit obliga
re. ergo non obligamur ad faciendum ea. Item
quod ad id per se possit ligare [illegible] quia potestas omnis est
a deo vel [illegible] vel contra [illegible] legem dei. sicut
dicit aug. ergo si conscientia dictat aliquid quod non sit de
mandato legis divine. faciendo contra id non est peccatum
cum non sit faciendo contra legem dei. ergo non tenetur quis ad
id faciendum. ergo ad nichil ligat conscientia [illegible]
virtute sua. Item nullus [illegible] aliquo ligami
ne absolvi per dictamen conscientie. ergo etc. Contra
dictum per aliquid [illegible]
quod conscientia dicere [illegible] ad id potest ligari.
Est ergo quod ad quid conscientia ligat. utrum ligat ad omne
quod dictat. et utrum omnis conscientia ligat. et utrum homo
sit perplexus cum conscientia dictat unum et lex divina
dictat [illegible] magis sit obtemperandum utrum dicta
mini conscientie an precepto prelati cum obviant
sibi ad invicem. Respondeo dicendum quod conscientia aliquando dictat
aliquid quod est preter legem dei, aliquando aliquid quod est contra legem dei.
et loquimur hic de dictamine per modum precepti
vel prohibitionis non per modum consilii sive suasi
onis. In primis dicendum quod conscientia semper ligat. [illegible] pro
quod conscientia [illegible] ligat est per legem divinam [illegible]
que illi concordat. ligatum [illegible] In primis [illegible] con
scientia ligat quod diu manet. [illegible] vel tenetur homo con
scientiam deponere vel tenetur id quod dictat conscientia ad
implere ut potest si dictat quod necessarium est ad salutem
[illegible] levare. In talibus vero conscientia non
ligat ad faciendum vel non faciendum. sed ligat

ad [illegible] deponendum pro eo quod cum talis conscientia sit erronea
errore repugnante legi divine nec eo quod diu
manet potest homo esse in statu salutis. et ideo necessarium
est ipsam deponere. quia si in homo faciat quod dictat sua con
scientia mortaliter peccat. si non faciat quod conscientia dic
tat et id est contra legem dei et facere contra legem dei sit mor
tale peccatum absque dubio mortaliter [illegible] non [illegible]
quod faciat. sed quia malo animo facit. facit enim contemptu
dei. dum credit dictante sibi conscientia [illegible] displi
cere. [illegible] placeat et hoc est quod dicit glo.
super ro. xiiii. omne quod non est ex fide peccatum
est. ubi glo. omne quod ad conscientiam peccatum. si aliter fi
at. dicat apostolus esse peccatum. [illegible] enim fiat [illegible]
num est. si non fuerit credat peccatum est et ideo huius
est. quia non tantum attendit deus quid homo faciat
sed quo animo faciat. et ubi qui facit quod deus
iubet credens facere contra preceptum dei vero non facit
bono animo sed malo. et ideo peccat mortaliter. sic
ergo patet quod omnis conscientia ligat ad faciendum quod
dictat aut ligat ad [illegible] deponendum. non tamen omnis
conscientia ligat ad faciendum quod dictat. sicut illa
dictat non esse faciendum id ad quod homo alias te
netur. talis conscientia dicitur erronea. huius visis patet responsio
ad rationes ... et ad obiecta pro parte. Ad id
quod primo obicitur quod omne quod non est ex fide. i. contra conscientiam
est peccatum. quia semper est ibi contemptus dei [illegible] facere
contra conscientiam. semper est bonum. sicut potest cum conscientia dictat
ad aliquid quod est contra deum. unde hic sunt duas causas ve
ritatis. facere contra conscientiam est peccatum. aut quia conscientia li
gat ad id faciendum. aut quia id [illegible]
potest bene fieri. talis conscientia manente. et ideo est in [illegible]
per consequens quia procedit ex pluribus causis veritatis
ad unam [illegible] illa. Ad id quod obicitur quod conscientia
est lex intellectus nostri. dicendum quod verum est quod lex est. sed non est
lex suprema. supra ipsam enim est lex alia. s. lex
divina. cum autem dicitur quod lex ligat ad faciendum omne
id quod dictat. dicendum quod verum est cum lex inferior non dictat
contrarium legi superiori. sed aliter [illegible] facere conscientia [illegible]
[illegible] est ad sequens quod oportet dicendum. Ad
id vero quod ultimo obicitur. quod quicumque contra conscientiam facit peccat mortaliter
... mortaliter. dicendum quod sed [illegible] est.
illud enim generaliter verum est quod [illegible] facere contra conscientiam
edificat ad gehennam. sed tamen ex hoc non sequitur quod
teneatur facere omne quod conscientia dictat faciendum
quia sicut dictum est id habet duas causas veritatis.
Ad illas autem rationes primas que in contrarium adducuntur
[illegible] non est opus. pro eo quod verum concludunt
ostendunt enim quod conscientia non ligat in omnibus. Ad
id vero quod obicitur quod ad id ligat per se et quod non [illegible]

primum quod sit contra conscientiam. Sed contra legem dei. Dicendum quod facere contra legem dei potest esse dupliciter: vel vere vel interpretative, videlicet secundum veritatem sive secundum reputationem; et utrumque malum est primo modo. Utrumque enim non contempnit deum. Et quamvis faciens contra conscientiam non faciat simpliciter contra legem dei secundum veritatem, facit tamen secundum veritatem vel secundum reputationem, quia conscientia est sicut preco dei et nuncius. Et quod dicitur non mandat expresse, sed mandat quasi expresse, sicut preco qui divulgat edictum regis. Et hinc est quod conscientia habet virtutem ligandi in hiis que possunt aliquo modo bene fieri. Ad id quod obicitur non potest ab aliquo absolvi: dicendum quod non est simile, quia conscientia non potest aliam legem infringere. Unde non potest a precepto prelati aliquis, quo se obligavit ex lege voti, exire; tamen ideo sequitur quod non possit ligare finaliter; immo est [illegible] non defendendo. Unde sicut [illegible] non videlicet ad conscientia non potest super superiorem, sed non potest super inferiorem. Et ideo conscientia non potest absolvere hominem a mandatis superioris, quia non potest eum obligare. Unde tamen sequitur quod non potest obligare contra mandatum superioris. Ad aliud: tamen potest nos obligare, pro eo quod quodammodo super nos est, et media inter nos et deum, sicut preco medius est inter regem et populum. Ex hiis patet ea que ultimo querebantur, videlicet quando conscientia ligat et quando non ligat. Patet etiam quod nemo ex conscientia perplexus est nisi ad tempus, videlicet quia dum conscientia manet non tamen perplexus simpliciter, pro eo quod debet illam conscientiam deponere; et si nescit per se de illa iudicare, pro eo quod nescit legem divinam, sapientiores consulere vel per orationem se ad deum convertere. Si humanum consilium deest aliquo modo, si negligens est [illegible] quod dicitur [illegible] quasi ignorantie [illegible]. Patet etiam quod plus standum est precepto prelati quam conscientie, maxime quando prelatus precipit quod [illegible] et debet precipere.

Consequenter queritur de synderesi, videlicet de synderesi, si que est conscientie scintilla etc. Et queruntur tria: primo quid dicitur synderesis, quam ad cognitivam vel affectivam, scilicet sit in genere cognitivi vel affectivi. Secundo quid dicitur circa ipsam quantum ad usum vel actum, videlicet utrum per peccatum possit extingui. Tertio quid dicitur circa ipsam quantum ad abusum, utrum scilicet possit depravari.

Circa primum sic proceditur. Et queritur utrum synderesis sit in genere cognitionis vel affectionis. Et quod sit in genere affectionis videtur primo per hoc quod dicitur in glossa super i. Ezechielis, et quod per ipsa verba de synderesi: hec est spiritus qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed gemere est actus affectionis. Si ergo synderesis est gemere, synderesis spectat ad potentiam affectivam. Item Augustinus dicit in libro contra Julianum quod [illegible] rectitudinis per voluntatem inest naturaliter ad bonum. Sed id quod naturaliter inclinat nos ad bonum vel est synderesis vel conscientia. Sed illa non est que inclinans nos ad bonum vel est synderesis vel conscientia. Sed non est conscientia, ergo est synderesis.

Item [illegible] bonum [illegible], sed nos habemus potentie motiva seu ad impellens ad malum. Ergo et potentie motiva naturaliter in quibus ad esse instigans ad bonum. Hec autem non est nisi synderesis. Ergo synderesis est potentie affectiva. Item sicut intellectus indiget lumine ad iudicandum, ita affectus indiget calore quodam et pondere spirituali ad bene amandum. Ergo sicut in potentie affectiva est pondus ad bonum dirigens et inclinans; sed hoc non est nisi synderesis, ergo etc. Sed contra super illud Malachie ii: custodite spiritum vestrum et uxorem adolescentie vestre nolite despicere. Glossa: scilicet per uxorem adolescentie intellige legem naturalem scriptam in corde. Spiritus vero [illegible] quod papa ea que dicit [illegible] vocat synderesim. Ergo videtur quod synderesis se tenet ex parte rationis sive cognitive. Si tu dicas quod spiritus accipitur ibi communiter ad intellectum et affectum, obicitur quod eadem glossa subiungit: hic est spiritus qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus; sed postulare est actus rationis, ergo etc. Item super illud Luce x: abierunt semivivo relicto. Glossa: in motore [illegible] exuere, sed rationis lumen auferre non possunt, quin homo saltem deum possit cognoscere. Si igitur lumen rationis se tenet ex parte rationis, et illud lumen quod in nobis remansit non est aliud quam synderesis, ergo etc. Item scintilla conscientie conscientia dicitur in eadem parte. Sed conscientia, ut supra probatum est, spectat ad cognitivam. Et synderesis est scintilla conscientie, ut dicitur super Ezechielis i. Ergo videtur quod synderesis se teneat ex parte cognitive. Item si synderesis se tenet ex parte motive, aut ergo est potentia, aut passio aut habitus. Passio non, quia non constat. Habitus non, ut videtur, quia aut esset bonus aut malus. Non bonus, quia si bonus esset virtus; si malus, esset vitium. Ergo neutrum. Concedere de synderesi potentia non, ut videtur, quia potentie in voluntate differunt secundum quod ad [illegible] appetibile. Synderesis autem non dicitur in irascibili et potius in concupiscibili. Ergo non videtur quod aliquo modo se teneat ex parte affective.

Est ergo quod sit ipsa synderesis, et eorum patet ipsi ad legem naturalem et ad conscientiam, quo se habet, utrum sit eadem vel diversa. Item quesitum se habeat ad [illegible] potentie, videlicet concupiscibilem, irascibilem, rationalem. Ad primum dicitur quod hec sunt in glossa super i. Ezechielis: facies hominis etc. Glossa: plerique iuxta Platonem rationale anime et irascibile et concupiscibile, quod ille vocat [illegible] referunt, quartumque [illegible] superponunt, quam Greci vocant synderesim, que scintilla conscientie in Cayn quoque non extinguitur, qua victi voluptatibus vel furore, et ipsa interdum veritatis similitudine decepti nos peccare sentimus.

synderesis quoddam naturale iudicatorium in parte anime

Nota

Nota

timus quod ipse aquile deputantur non se miscentes
ceteris sed ipsa etiam corrigente. Ex hac glosa videtur
quod differat ab illis tribus. Sed contra hoc est quod in illa descriptione
etiam dicitur quod sufficienter dividuntur vires anime per has tres
virtutes per concupiscibilem et irascibilem et rationalem. Et si syn-
deresis est quid actuum quod ipsa se teneat necessario ex parte
nostra aliquarum istarum trium virium vel potentiarum ostenditur — Respondeo
dicendum quod esse distinctam synderesim ab aliis viribus
non est oppositum. Sic enim distinctorum aliarum virium anime
volunt. Nam aliqui dicunt et exponunt. Per — potentias
posita super tres exponunt. colligunt quod synderesis dicitur supremum
ipsius anime supremum quantum ipsi anime est superior ratio quia anima
ad deum convertitur et illa superior portio regit inferiorem
portionem rationis et irascibilem et concupiscibilem. Hoc autem su-
perior portio quod ad deum convertitur super omnem naturam obvo-
luntur tamen per quod descendit ad inferiora. Et isti dixe-
runt quod motum synderesim et conscientiam et legem naturalem. Talis
est differentia scilicet quod synderesis nominat ipsam potentiam scilicet super-
iorem portionem. Conscientia vero nominat ipsius habitum sive
quod regit inferiorem portionem. Lex vero naturalis nominat illud
ad quod conscientia dirigit. Hec autem modus dicendi licet videatur esse pro-
babilis non repugnet illi glose predicte habitus enim synderesis
aliis potentiis non se immiscet. Cum enim morta-
le peccatum non possit esse absque actu superioris por-
tionis quia in mandato illius consistit consumma-
tio peccati si synderesis esset superior portio rationis utique
aliis potentiis se immisceret. Preterea superior portio rationis
dicitur ordinatur ad deum actus synderesis non tantum
respicit deum sed proximum. Et quod lex naturalis respicit
utrumque. Et ideo alius est modus dicendi quod cum superiori
et inferiori portioni rationis duplex habitus modus est intellectus et
affectus et per modum naturae et per modum deliberationis quia ad modum
libertatis arbitrii consistit in ratione et voluntate et quod
modo deliberative sic conscientia et synderesis respiciunt
rationem et voluntatem et quasi modo per modum naturae. Tamen synderesis
quam conscientia quia et lex naturalis semper ad bonum inclinat. Sed
liberum arbitrium aliquando ad bonum aliquando ad malum. Et ideo sicut liberum
arbitrium simul complectitur rationem et voluntatem sic synderesis et
similiter voluntas complectitur et lex similis similiter et conscientia similiter et
procedit accipi possunt. Apparet tamen synderesis dicit potentiam
et conscientia habitum et lex illius obiectum alio modo comparata
donet synderesis dicit habitum vel boni vel mali et nunquam
conscientia vero habitum boni et mali et potentia. Lex vero illius
non differunt se parat ad utrumque. Sed quia ut habitum fuit predictum
conscientia dicitur habitualis se tenere ex parte intellectus aut necesse
erit per conscientiam et synderesim pertinere ad distinctionem. Aut necesse
esse est ponere quod synderesis se teneat ex parte affectus.
Et ideo est tertius modus dicendi quod ad ipsam ab ipsa etiam
intellectus sed lumen quod ille iudicatorium dirigens ipsum et
est

tellectum in cognoscendis. Sic affectus habet ille quoddam
pondus dirigens ipsum et appetendis et appetenda. Autem sunt in du-
plici genere. Quedam enim sunt in genere honesti. Quedam in
genere commodi. Sic et cognoscibilia sunt in duplici genere
quedam in genere speculabilium et quedam ex parte mo-
ralium. Et quemadmodum conscientia non nominat vel iudicatorium
nisi quod dirigit ad opera moralia. Sic synderesis non
nominat illud pondus voluntatis sive ideo cum illo pondere
dicitur. Non quod illa habet inclinare ad bonum hone-
stum. Et quemadmodum nomen conscientie potest accipi pro
potentia cum tali habitu vel pro habitu vel potentia sic et synderesis
significatorium tamen in locis dicit synderesis nunquam
potentiam habitualem quam nominet habitum. Sic patet ad auctoritates
superius inductas. Et quod illa potentia nunquam separatur
ab illo habitu habitu est quod habitus et potentia uno nomine
comprehenduntur et potentia illa ut sic habitualis manet sub illo
sortitur. Et ex hoc patet responsio ad questionem. Preterea
queribatur utrum synderesis dicat quid affectivum vel
cognitivum. Dico enim quod synderesis dicit quod stimulat
ad bonum et ideo ex parte affectionis se tenet. Sic rationes
ad partem ex parte inducte ostendunt. Ad primum quod
obicitur in contrarium quod synderesis est specialis quam potestas
intellectiva. Dicendum quod sicut dicit glossa super Job non
tantum loquimur ad deum cogitationibus interioribus ubi
sed et affectionibus et desideriis. Et per quod dicitur synderesis
contineri stimulando nos facit bonum desiderare
gemitibus tenuibus ad deum interpellare. Ad
quod obicitur de sensu rationis dicendum quod per superiorem intellectum
gerit intellectus in iudicatorium intellectus intellectum synderesis
dicitur attendat quod per illam agitur synderesis di-
stinguitur est quod ideo aliquando accipit et proprie ex parte cogni-
tiva aliquando accipit communiter prout comprehendit totum
spiritum rationalem. Et sic sensus rationis non tantum sunt ex
parte cognitive sed et ex parte affective. Sic patet de
spirituali gustu et tactu. Et ideo ex hoc non sequitur
quod synderesis se teneat ex parte cognitive. Ad
quod obicitur quod synderesis est scintilla conscientie. Dicendum quod
dicitur scintilla pro eo quod conscientia quam est de se non potest mo-
vere nisi pungente sive stimulante. Non mediante synderesi
quod est quasi eius stimulus et igniculus. Unde sic non
potest movere nisi mediante voluntate. Sic nec conscientia nisi me
synderesi. Et ideo non sequitur quod sit ex parte cognitive
immo potius quod sit ex parte affective. Ad illud
quod utrum sit potentia vel passio vel habitus. Dicendum quod ex
comparatione non nominat potentiam voluntatis generalem sed solum
voluntatis in quantum movetur naturaliter adhuc sed solum in
bonum honestum vel ex opposito. Et ideo habitus est dicitur habitus. Sic
ille non dicitur quod voluntas non movetur pro eo quod ille naturaliter
habet respicit. Liberum arbitrium et voluntas quod est deliberativa

porcio

aut

po rationales

pone

ut hoc nota apex tollet et quod ex parte rationalis
regule movet et agit

non magis est naturalis. Ex predictis patet responsio ad illas questiones que
in alio querebantur. // Ad primum. n. quod queritur quomodo se habeat synde-
resis ad conscientiam et ad legem naturalem. Dico quod sicut se habet synde-
resis ad conscientiam, sic se habet caritas ad fidem. vel habitus
ipsius affectus ad habitus intellectus practici. Sed quod est habitus. lex
autem naturalis quomodo se habet ad utrumque. videlicet ad synderesim
et ad conscientiam. nam lex naturalis dupliciter accipi potest. uno modo
prout dicit habitum in anima. et sic quia per legem naturalem instrui-
mur et per legem naturalem inclinamur. dicit habitum qui
comprehendit intellectum et affectum. et ita comprehendit syn-
deresim et conscientiam. alio modo lex naturalis vocatur collectio pre-
ceptorum naturalium. et sic nominat obiectum synderesis et con-
scientie. unde Sic dictantis et altius sic inclinantis.
nam conscientia dictat et synderesis appetit vel refugit.
et utrumque istorum motuum invenit lex naturalis in diversis locis.
hec autem multo modo accipitur magis proprie. et sicut
proprie loquimur. synderesis dicit potentiam affectivam. in quantum
naturaliter habilis est ad bonum. et ad bonum tendit. Conscientia
vero dicit habitum intellectus practici. lex vero naturalis dicit obiectum
utriusque. Et per hoc patet responsio ad questionem ultimam. qualiter
synderesis se habeat ad concupiscibilem vel irascibilem et voluntatem. ille
enim tres potentie indistincte nominant potentiam affectivam. sive
secundum quod movetur deliberative. synderesis autem nominat
potentiam affectivam secundum quod movetur naturaliter et recte. et ideo non
distinguitur ab illis potentiis secundum essentiam potentie. Sed secundum
modum movendi. et quia secundum illum modum movendi semper
movetur recte. hinc est quod dicitur super alias volare. et aliis
errantibus non se immiscere. Sed eas corrigere.

Secundo queritur utrum synderesis possit per peccatum extin-
gui. et quod sic. videtur. Ps. Corrupti
sunt et abhominabiles facti sunt. Glossa. omni retro naturali privati.
Sed synderesis est potentia naturalis et per magis naturalis potest sin-
deresis privari. saltem quoad actum. // Item super illud Ps. ab
altitudine diei timebo. Glossa. stupor est quando non sen-
tit. et post subiungitur stulta arrogantia siliis
stupor qui quis de se presumens non timet necavit.
Ergo sic per stuporem contingit cor sensum in se [?] morbi
spiritualis. Si ergo synderesis remurmurat morbo
spirituali. videtur quod synderesim contingat aliquando extingui.
Item hereticus pro errore suo sustinet mortem. sine ali-
quo remorsu conscientie. Si ergo synderesis est remurmu-
rare malo et in eis non remurmurat aliquo modo. videtur
quod in eis sit extincta omnino. // Item fomes se habet
per oppositum ad synderesim. Sed fomes contingit totaliter
extingui sicut patet in beata virgine. ergo videtur quod simili-
ter synderesim contingat extingui per oppositam similitudinem.
Sed contra in glossa super illud Ezechielis. Facies aq-
uile etc. Glossa. scintilla conscientie in Cayn non extin-
guitur. si ergo Cayn fuit magnus peccator. vi-

detur quod per peccatum extingui non habeat. // Item Aug. in ii. de
civitate dei. tanta est vis probitatis et castitatis. ut
omnis vel pene omnis eius laude moveatur humana
anima. nec usque adeo fit turpitudine vitiosa. ut to-
tum amittat sensum honestatis. ergo synderesis
que honestatis est stimulus. videtur quod non possit per
peccatum extingui. // Item quod naturaliter insunt sunt
inseparabilia. Sed synderesis inest nobis naturaliter. ergo videtur
quod actum eius non possumus omnino per peccatum amittere.
cum Augustinus sic dicat. non deleat extrema vel ve-
stigia. // Item si in aliquibus deberet extingui. ma-
xime esset extincta in dampnatis. Sed in dampnatis synderesis
non extinguitur. quia remorsus conscientie est ex actu
synderesis. et hic remorsus maxime in eis viget.
quia vermis eorum non extinguetur. et ignis non morietur
Ysaie etc. // Responsio. Dicendum quod synderesis quantum ad actum
impediri potest. Sed extingui non potest. quod autem non
potest extingui. quia cum dicat quod naturalis est. non potest
a nobis omnino auferri. unde Augustinus glossa. dicit super illud Luce
x. abierunt semivivo relicto. immortalitatem
exuerunt. Sed boni sensum omnino abolere non possunt. quia
homo possit salvus devitare et confiteri. nec unquam in aliquo
delet extrema vel vestigia. Quamvis autem actus
eius omnino auferri vel extingui non possit. potest
tamen ad tempus impediri. sive propter tenebram obcecationis.
sive propter lasciviam delectationis. sive propter duritiam
obstinationis. propter tenebram obcecationis impeditur syn-
deresis ne malo remurmuret. pro eo quod malum cre-
ditur esse bonum. Sicut est in hereticis. qui morien-
tes pro impietate erroris. credunt se mori pro pie-
tate fidei. et ideo remorsum non sentiunt. Sed ma-
gis quoddam gaudium sicut. et quandoque propter lasciviam
delectationis sic impeditur. aliquando enim in peccatis carna-
libus ita absorbetur homo ab actu carnis. ut re-
morsus locum non habeat. quia carnales homines tan-
to impetu delectationis feruntur. ut ratio tunc non
habeat locum propter duritiam obstinationis impeditur et
synderesis. ne ad bonum stimulet. sicut in dampnatis. qui
adeo sunt in malo confirmati. ut nunquam possint
ad bonum inclinari. et ideo synderesis quantum ad instigati-
onem ad bonum semper in eis habet impedimentum. et propterea
quantum ad istum actum. potest dici extincta. non tamen exti-
ncta simpliciter. quia habet alium usum videlicet remurmurationis.
secundum. n. illum usum. sicut quod synderesis habet pungere et remur-
murare contra malum maxime vigebit in dampnatis. et
hoc duo propter remurmurationem contra malum tenet, remurmuratione
non propter tenet remurmuratione iustitie. quia illa remur-
muratio erit ad commendandam divinam iustitiam. Sed non
erit ad eliciendum fructuosam penitentiam. Unde remurmuratio

eius potest. quia dicitur quoddam naturale iudicatorium quod non extinguitur sicut non subtrahitur radicaliter
Synderesis est instinctus quod est naturalis et ... in natura
actus sunt stimulare ad bonum. sic dicitur extingui in demonibus in dampnatis ... obstinationis duritiam ... alia et flexibilitatem
remurmurare contra malum. sic vigebit maxime in decedentibus et dampnatis ... commendandam divinam iustitiam aucmentandam malorum penam

inclinabit synderesis in damnatis, quia culpa in ratione tamen ad poenam. Et sic patet quod synderesis quantum ad actum impediri potest, numquam tamen extingui potest vel quantum ad actum, et quantum ad omne tempus. Sic rationes probant quae ad falsam partem inducuntur, et ideo concedendae sunt. // Ad primum vero quod obicitur de Glossa quod prae malo contingit praevaricari omnino, dicendum quod ibi sumitur pro potentia deliberativa et movente per modum deliberationis, quae in aliquibus omnino est ad malum conversa. Synderesis autem, ut prius ostensum est, non dicit vim cognitivam, sed ut movente per modum deliberativae; sed ut movente per modum naturae. Et ideo Glossa illa non facit ad propositum, nec est intelligendum quod Glossa illa velit dicere quod per peccatum fiat privatio quantum ad potentiam, sed quantum ad rectitudinem potentiae. // Ad secundum quod obicitur quod homo efficitur stupidus per peccatum, dicendum quod similitudo illa attenditur quantum ad excaecationem potentiae deliberativae, quae habet in nobis esse multa circa gratiam. Possunt tamen dici quod stupor non aufert simpliciter sensum, sed aufert solum modo ad tempus, alia adeo incurvatur ad peccatum, ut nullum sentiat omnino remorsum, sine praeter delectationis intensionem, sive propter excaecationem, cum credit malum esse bonum. // Ad illud quod obicitur de brutalitas, iam patet responsio. Concedo enim quod non habet usum ut remurmuret malo, eo quod in eis concordant; tamen non est extincta, propter eo quod remurmurat contra alia mala, et contra illa quae brutalia credunt esse mala. // Ad illud quod obicitur de fomite, dicendum quod non est simile, quia fomes est vitiositas potentiae naturalis, et ideo totaliter tolli potest, et salva natura; non sic autem est de synderesi. Item est enim per primam plagam naturae in istis, et ideo natura salvatur; non omnino auferri potest. Alia est ratio, quia aliud est ex suo dono gratiae gratis datum, quod directe repugnat fomiti, et quod amovet ex nimis corruptionem. Vitium autem et peccatum non habent esse contra actum synderesis, et ideo quamvis homo peccaverit, remansit tamen remurmurationi conscientia et synderesis.

Tertio quaeritur de synderesi quantum ad abusum. Et quaeritur utrum synderesis possit depravari per peccatum. Et quod sic, videtur. Glossa super primum Ezechielis: facies aquilae ad dextram ipsorum quattuor, ibi Glossa: legis decretum scintillam synderesis dicit sic: hanc esse peccatum capitali nec in nobis et suum locum amittere. Et quidam sine pudore peccant, quibus nullo dolore ferventes nimis nefarias faciunt etc. Si ergo propositum non est nisi per culpam, patet etc. // Item super illud Ieremiae II: filii Memphis etc. Glossa: malignus spiritus demersis in floribus, ultra ad verticem pertingit, quando ista celsitudinem mentis difficile morbo corrumpit. Sed ista celsitudo mentis est ipsa synderesis. Ergo contingit per peccatum corrumpi.

Item hoc videtur ratione. Poena et culpa habent contrarium esse, et ideo pro statu synderesis, quae est per peccatum diminuitur, contingit esse animae perditorem. Ergo secundum illum actum contingit esse per peccatum. // Item synderesis consequitur conscientiam, tamquam tribunal iudicatorium; sed conscientia potest esse recta et erronea. Ergo videtur, nota, quod synderesis aliquando moveat recte, aliquando moveat oblique. Si ergo inordinatio recepta in ea motiva est culpabilis, etc. // Item opposita sunt nata fieri circa idem; sed donum sapientiae et beatitudo luctus consistit circa synderesim, cum donum sapientiae consistat circa animae supremum, et synderesis postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ergo dono sapientiae et beatitudini luctus culpa opposita videtur culpa habet esse circa ipsam potentiam. // Item synderesis aut est de bonis maximis, aut de bonis mediis, aut de bonis minimis. Si de maximis, ergo est gratia vel virtus, quorum quodlibet est amissibile; ergo synderesis similiter maneat cum peccato. Si est de bonis mediis, sed his contingit male uti; ergo synderesi contingit esse culpam. De minimis non est dubium quin non est, cum minima sit bona corporis. // Sed contra. Glossa super Ezechielis I: Synderesim propter aquilae deputat, non se commiscentem tribus, sed ipsa errantia corrigentem. Si ergo non se commiscet tribus, sed potius corrigit, videtur quod per actum eius non consistat peccatum. // Item Ambrosius dicit et magister adducit in littera, super illud Romanorum VII: quod volo, id facio; id dicit quod homo semper naturaliter vult bonum. Ergo cum illa voluntas non sit aliud quam synderesis, semper vult bonum, et si semper vult bonum, ergo numquam peccat. // Item vis illa quae secundum motum suum directe repugnat peccato non depravatur peccato; sed synderesis actus semper contra culpam remurmurat, et in pessimis peccatoribus. Ergo videtur quod non possit depravari et deordinari per culpam. // Item quando tota natura per modum corrumpitur, non est ulterius possibilitas ad sanitatem. Ergo si tota rectitudo animae auferretur per culpam, iam non esset ulterius spes redeundi ad gratiam; sed constat quod spes est redeundi, quia denegare desperandum est; dum est in via. Ergo videtur quod aliqua rectitudo remaneat; sed rectitudo quae maxime est adhaerens est rectitudo voluntatis per modum naturae. Et haec est synderesis. Ergo non videtur quod depravari possit per culpam. // Respondeo. Dicendum quod secundum illos qui dicunt synderesim non esse aliud quam superiorem portionem rationis, et actum ipsius contingit esse peccatum, dicunt quod ipsa synderesis superior portio rationis habet duplicem motum: aut secundum quod ad deum convertitur et regitur et dirigitur secundum leges aeternas, et sic in ea peccatum non habet esse, aut prout convertitur ad inferiores vires, et sic habet sumere occasionem deviandi. Et potest per peccatum depravari et potuit esse in peccatum Adae, qui erravit esse in veritate et voluntate, et ita secundum superiorem portionem rationis vel secundum synderesim

et hoc dicit quod glossa . peccauit super primum . ezechielis . uult dicere . na
primo dicat quod aliis peccantibus non se immiscet . peccare
dicit quod precipitatur . et locum suum perdit . et utique
dicit hic uirtute . per diuersas operationes superiores
portionis siue ipsi synderesis . Sed quando sic dicit secundum
et glossa . manifeste synderesis que est de se semper habet ad bo-
num stimulare et peccato remurmurare . quamdiu sumus
in statu uie . // Ideo dixerunt alii aliter . scilicet quod synde-
sis nominat ipsam uoluntatem . secundum quod habet naturalem mo-
tum . et quoniam peccatum non habet esse actu uoluntatis . ut non
est uel ut mouetur deliberatiue sibi licet . sed solum ut mo-
uetur deliberatiue . hic est quod synderesis per peccatum non
habet deprauari . quia tamen ipsa habet regere alias . et dirigere
et dirigens regendi potest peccare . hic est quod contingit eam
in culpa precipitari per presidentiam . nam dominus aduobus pe-
cat . uidelicet altitudine presidentis et ab obtemperan-
cia familiaritatis . et quamuis synderesis quantum est de se semper
sit recta . quia tamen ratio et uoluntas fiunt ei obumbratio-
ne erroris excecata . et uoluntas per peccatum obstina-
tione . hic est quod synderesis precipitari dicitur . pro eo quod
effectus eius et presidentia in uires alias deliberatiuas
propter earum repugnantiam repellitur et cassatur . et ponit
exemplum in milite qui quantum est de se semper bene sedet
super equum . equo tamen ruente precipitari dicitur . Sicut
expositio est intellectum . hec autem modo dicendi tamquam ra-
tionabilior opinionibus sustinetur . et non ratione quod adhuc
potest induci contrarium // Ad illud uero quod primo
obicitur de glossa . quod synderesis in precipitium iudicium . iam
patet responsio . non enim sequitur si precipitatur quod propter hoc peruer-
titur . quia precipitium eius non tantum attenditur
in actu proprio . sed etiam in actu aliarum uirtutum . quibus
presidet scilicet ipsa synderesis . // Ad illud quod obicitur quod
mortalium deficienciam corrumpit mentis celsitudinem
et quia contra consurgat usque ad uerticem . dicendum quod in uertice
et celsitudine mentis non uocatur ibi synderesis . sed
superior portio rationis . Superior autem portio rationis
non nominat ipsam potentiam aliter nisi quod mouetur naturaliter .
sed inquantum mouetur deliberatiue . et hoc modo est
ipsam habet peccatum consistere maxime id quod attendit
ex actu rationis que est sursum . sic est peccatum infidelita-
tis et desperationis . et alia peccata que dicuntur opponi-
tur uirtutibus theologicis // Ad id quod obicitur quod pena sensi-
bilis hominis scilicet esse idem . dicendum quod id non habet ueritatem lo-
quendo proprie . pro eo quod pro peccato uoluntatis totum corpus habet pu-
niri . Verum est tamen quod sicut uoluntas est principium peccandi in principio
punitur . Verum et uermis conscientie plus est afflictiuus
uoluntatis prout est deliberatiua . quam prout est naturalis . propter
mutuam repugnantiam . Verum autem sola uoluntas sit
sub hac pena . uel aliquid aliud . hoc in suo loco ma-
nifestabitur // Ad id quod obicitur quod conscientia que est iudica-
torium peccandi synderesis est recta et non recta . ergo et
synderesis . dicendum quod non sequitur . pro eo quod ipsa conscientia
non tantum consistit in uniuersali . immo etiam descendit ad particula-
re non tantum in motu simplici . immo etiam collatiuo . et in
mixto . quia consistit in ratione et alia quid rationis . Cum
ab alto descenderit et ad alium conferre . et non licet
conscientia prout stat in uniuersali . et modo aspectu simplici sit
semper recta . prout autem descendit ad particularia et conferre potest
fieri erronea . propter hoc quod intermiscet se actus rationis
deliberatiue . et hoc patet sic . Conscientia enim iudeorum
ex ipso principio illo dictamine dictabat quod deo est obe-
diendum . et ipsi postmodum assumunt quod deus precipit
nunc circumcisionem et ciborum discretionem . et ex hoc forma-
tur conscientia eorum in precepto ut se circumcidat . et a cibis
abstineat . error autem iste non uenit ex primo principio
quod quidem uerum fuit . sed uenit ex assumptione quod quidem non fuit
conscientie prout est ille adiutorium iudicatorium . Sed
propter rationis errorem . quantum quidem spectat ad liberum arbitrium . syn-
cat deresis quantum est de se in motu suo in remurmurando
contra malum . non hoc uel id . sed in ullo uel si aliquo modo
retinetur synderesis ad detestandum hoc malum . uel id
hoc non est in quantum in hoc . Sed in quantum malum . et hic est quod
synderesis non obliquatur . sic conscientia erat causa quare
possit reddi ratio . quia synderesis nominat ipsam potentiam
letitie est similiter habilitata . Conscientia autem nominat habitum
non tantum innatum . sed etiam acquisitum . et quia non quantum est de se semper
recte modo quod autem acquiritur . potest habere et utrumque rectitu-
dinis et obliquitatis et hic est quod synderesi semper existente
recta conscientia potest esse et recta et erronea // Ad
id quod obicitur quod donum sapientie est esse synderesim . dicendum quod similiter
est . omnia enim dona et omnes uirtutes naturales et gratuite
dines respiciunt uoluntatem . secundum quod deliberatiua est . quod
autem dicit synderesis postulare pro nobis gemitibus inenarra-
bilibus . hoc intelligitur causaliter quia nos instigat ad gemi-
tum pro malis quibus inuisi sumus // Ad id quod obicitur quod
bonis mediocribus contingit male uti . dicendum quod illud
uerum est de hiis que mouentur ad nutum liberi arbitrii . secundum
cuius actum proprie attenditur usus et abusus . Syn-
deresis autem cum sit potentia naturalis et naturaliter mouetur . non
sub est imperio liberi arbitrii . et non non sequitur quod liberum arbitrium possit
ea abuti . preterea esto quod possit illa abuti . adhuc
non sequitur quod propter hoc in ipsa esset peccatum . quamuis et · dicto
liberum arbitrium abutatur . gladio . cum interficit ad concupis-
tum peccatum non dicitur esse in mucrone . propter enim non est in eo quo
quis abutitur . sed potius in abutente .
Propter ista sunt questiones de . ... et prima quod de hoc quod
dicit . Quod uelle malum malum est . sed intelligere ma-
la non est malum . quia ...

sit in actu intelligendi et in actu volendi. actus enim respectu
ab obiecto denominatur ab obiecto. ergo sicut velle malum est malum,
et ita et intelligere. // Item intelligere dicit motum
rerum ad animam. et velle dicit motum ab anima ad
res. ergo videtur quod plus pendeat actus intelligendi a re
intellecta quam actus volendi a re volita. ergo si
malicia est a volito et intellecto. potius deputari debet
actus intelligendi quam actus volendi. // Respondeo dicendum
quod a malicia existente in obiecto magis deputatur
actus volendi quam actus intelligendi. et ratio huius duplex
sumitur. tum ex parte virtutis. quia tanta est vis a-
moris ut transformet amantem in amatum. unde qui
diligit iusticiam iustus fit. et qui diligit iniquitatem
iniquus fit. et propterea dicit Damascenus quod facti sunt abhominabiles
sicut ea que dilexerunt. non sic est de actu intelligendi.
nam et si aliquo modo conformet non tamen transformat.
Hoc autem contingit propter maiorem vim unionis que
consistit in amore ipso. sic enim dicit Dionysius. amo-
rem dicimus vim unitivam. propterea dicitur i. Cor. vi.
qui adheret deo unus spiritus fit. Causa est ratio ex parte
obiecti. bonum enim in quantum bonum est obiectum affectus. non
intellectus. intellectui autem et memorie obiectum est verum.
sub ratione veri. vel bonum sub ratione veri. et hinc
est quod intellectus qui intelligit falsum est falsus. non tamen qui in-
telligit bonum est bonus. affectus vero non dicitur esse falsus.
quia velit falsum. quamvis dicatur esse malus. quia ve-
lit malum. vel bonus cum vult bonum. Actus igitur eius
approprie ab obiecto denominari habet. et per hoc patet responsio ad ultimum
obiectionem. Istud autem melius infra patebit. di. xl.
Ad igitur magistri verba patrum omnia habet esse auctoritas.
// Item quod de hoc quod dicit. Quod superior scintilla rationis
bonum vult et malum semper odit. Sed contra. impossibile est simul
et semel voluntatem moveri motibus contrariis quia et disp-
aratis. Sed homo aliquando vult malum. ergo non videtur quod illa
hora velit bonum. falsum ergo dicit cum ait quod illa scin-
tilla semper vult bonum. Si tu dicas quod voluntas naturalis
et deliberativa sunt diverse potentie. et ideo simul possunt mo-
veri diversis motibus. Contra in littera presenti habetur et-
iam contra quod illa voluntas que vult bonum contra adver-
libatur et adiuvatur. Si ergo voluntas que a contra libatur
et adiuvatur hec est in qua habet consistere pariter. videtur quod
eadem sit potentia voluntatis qua homo naturaliter vult bonum. et qua
aliquando vult malum. Si tu dicas quod eadem est voluntas
tamen dispositionibus diversis habitibus. et secundum istorum habituum diversi-
tatem potest habere diversos motus. obiectio non hec. quia illa
qu potentia est unica et simplex. ergo convertit se ad actum unius
habitus. non potest se convertere simul et semel ad actum alterius
habitus contra. ita non movebitur simul et semel in bonum et ma-
le. non ergo semper vult bonum quod si hec concedatur. est vo

in contrarium. quia nulla virtus destituitur sua vi et propria ratione
comparatione. et maxime virtus naturalis cuius est motus uniformi-
ter. ergo videtur quod actus voluntatis naturalis. qui est appetere bonum
simul stet cum actu voluntatis deliberative. qui est velle
malum // Respondeo dicendum. quod sicut magister dicit in littera
duo sunt hic modi dicendi. quidam enim dicunt quod actus
quo voluntas vult deliberative malum naturaliter bonum
non est divisus vel distinctus ab eo quo voluntas vult
deliberative malum. Sed sicut malicia concurrit in actu eius
cum qua stat bonum nature. unde unus et idem actus est bonus
bonitate nature et malus malicia moris. Sic dicunt in-
telligi et voluntatem. quod voluntas naturaliter vult bonum. in quantum vult
actum substractum. et vult non malum. in quantum illum actum
deformat. Sed istud non sufficit dicere. quoniam cum ambo
dicunt quod homo naturaliter vult bonum. non intelligit de bono
nature tantum. quod quidem est actus voluntatis. Sed et moris. vult
enim iusticiam. et odit iniusticiam sicut videtur expresse.
est alius modus dicendi. quem magister ponit in littera. quod
duo sunt motus. et talis est motus quo voluntas ap-
petit naturaliter bonum. et talis quo voluntas deliberative vult
malum. utrum autem possint esse simul hic magister non deter-
minat. et circa hoc est duplex opinio doctorum. Quidam enim
dicunt quod possunt esse simul. propterea quod actus deliberativus
non excludit actum naturalem. et unus istorum actuum est
voluntatis. ut movetur naturaliter. et alter ut movetur deliberative.
Sed quoniam voluntas naturalis et deliberativa. sicut quod consuetum fuit
una est potentia. et eadem potentia quoniam plene movetur in bonum
vel in malum. non potest simul et semel moveri motu opposito
et etiam disparato propter simplicitatem potentie. Ideo dixerunt alii
quod motus voluntatis naturalis. non est semper actualiter in bonum. et quod
dicit magister in littera. quod semper vult bonum. hoc intelligit ha-
bitualiter. Impeditur autem et suffocatur per ma-
liciam voluntatis deliberative. ut non exeat in actum. sicut
in dampnatis in quibus synderesis non instigat ad aliquod bonum
et iustum. Quicquid autem sit de hoc utrum simul possit
esse motus voluntatis ut est naturalis cum motu voluntatis ut est
deliberativa. hoc tamen verum est. quod voluntas naturalis que bonum
appetit. non est semper in suo actu. quia non semper cogitat
de bono. et cum etiam cogitat frequenter est. nullo modo affi-
citur. et non littera illa exponenda est. quod hoc quod dicit semper
dicitur continuitatem quantum ad habitum volendi non quod ad
actum. et per hoc obiectio quod virtus non privatur propria ratione.
dicendum quod illud intelligitur de operatione substantiali. que respicit esse
rei. de operatione vero contingenti que est secundum accidens extrinsecum
semper habet veritatem. quod non privetur actu. sicut omnes virtutes
videmus in suis actibus recipere intercisionem. nec
tamen ex hoc dicimus eas esse ociosas. vel propria ratione pri-
vari. dum in actus proprios sunt nate exire pro loco et
tempore // Item quod de hoc quod dicit. Quoniam genuini ...

similiter velit bonum tamen oportet precedi habere bonam voluntatem. et iterum
quia immo quod videri modo in se aliam. quod in ea ex similiter
quam quod in se accidentaliter. ergo sic sed si deliberate velit
bonum quod habet bonam voluntatem circa se quod similiter velit
bonum quod habet bonam voluntatem // Item quod similiter est modo assu-
escat in utroque. ergo si hoc similiter vult bonum. numquam
assuescit velle malum. Similiter ergo dicendum. cum agitur. quod
hoc similiter velit bonum. aut si dicitur bonum vel in ali-
quo prohibere. quod hoc similiter vult bonum quod sit semper bonum. respondeo
dicendum quod bonitas voluntatis inchoat in appetitu similiter et consu-
matur in voluntate deliberativa. non est voluntas semper bona et
secundum intentionem sit secunda igitur movet deliberate et quod modo si-
militer. et non sic secundum ait. non valet immo est l. quod et semper.
iste est causaliter similiter. ergo est contrarius natura secundum modo sic. in vult
bonum similiter. ergo habet bonam voluntatem // ad secundum quod obicitur quod
videri modo in se. quod in se similiter. et cetera dicendum quod ista operatio vir-
tutem habet. quoniam illud quod in se accidentaliter. non presuppo-
nit illud quod in se similiter. cum autem presupponit tamen non habi-
tualiter. sicut enim melius est bonum vivere quam vivere et vive-
re vivere presupponit vivere. sic melior est voluntas quam
in termino. et similiter et deliberative. ergo similiter tamen // ad secundum quod
obicitur quod similiter non assuescit in utroque. dicendum quod secundum unum est
de eo quod est semper similiter. videlicet de eo quod ante inchoatur
et consumatur. sed hoc non est unum in eo quod inchoat ante
et consumatur ab assuetudine. ut aliquando agitur. et tale est velle
bonum. et per hoc patet quod dictum est in hac parte.

Post hec de actibus addendum est. et cetera.

Superius ostendit magister qualiter voluntas ex fine
habet iustificari et depravari. In hac parte intendit os-
tendere qualiter actus et opera iustificationem habent et depravationem
ex affectu et fine. et quoniam obliquum habet contra speciem et finem
vel malum per bonum. ideo pars ista habet duas. in prima
parte inquirit magister quomodo intentio faciat opus bo-
num. In secunda parte inquirit quomodo ex obliquitate inten-
tionis sive voluntatis habeat fieri opus malum. ibi. Cumque in-
tentio ut supra dictum est opus bonum faciat. et cetera. prima
pars dividitur in duas partes. in quarum prima magister osten-
dit quod actus pensari habent boni vel mali ex inten-
tione vel fine. In secunda inquirit utrum generaliter hoc sit
verum quod bonitas operum causetur ex bonitate intentionis. ibi.
Sed quod utrum omnia opera et cetera. et illa secunda pars sic dividitur
in tres partes. In quarum prima recitat diversorum opiniones.
in secunda confirmat alteram illarum auctoritate augustini. ibi. Sed
aliis evidentissime docet et cetera. In tertia vero redit ad con-
firmandam reliquam. ibi. quod tamen quidam contendunt
de intellectu autem huius partis in qua [illegible] et cetera.
magister primo agit de bonitate operum. quod
habent ex intentione. Inquirit hoc quod est duo.
Primo quod de bonitate quod opera ab intentione recipiunt.

// Secundo vero quod de bono quod opera intentionem superaddunt.
// Circa primum queritur tria // primo quod de bonitate operum quantum
ad qualitatem. utrum videlicet qualitas operum qualiter in-
tentionis generaliter correspondeat.
// Secundo quod quantum ad quantitatem videlicet utrum quantum quamcumque intendit
tantum faciat // Tertio quod quantum ad necessitatem. utrum scilicet bo-
na intentio absque operibus ad salutem sufficiat.

Circa primum sic proceditur. et videtur quod utrum qualitas operum semper res-
pondeat qualitati intentionis. et hoc est quod intentio
quod opus quod sit bona intentione sit bonum. et quod sicut.
per auctoritatem ambrosii quam magister adducit in littera. affectus
operi tuo nomen imponit. sed ergo denominatio operis est
a qualitate. et intentio sive affectus opus denominat.
videtur aliquid quod informet qualitate sua // Item
arbor bona quam operatur per quod bona faciat semper fructum
bonum. sed voluntas que est arbor cum bona intentione operatur
operatur per quod bona. ergo videtur quod faciat opus bonum.
// Item actus non est victorius nec demeritorius. nisi
quod voluntarius et voluntas si est bona nec est mala. non ex in-
tentione. sicut supra ostensum est. sed ergo bonitas volun-
tatis faciat bonitatem in opere. et bonitas intentionis facit
bonitatem in voluntate. ergo ab qualitas operis causatur ex qualita-
te intentionis // Item potest esse bonum. non bonum. quoniam
malum vel malum. sed quamlibet sit opus et quodlibet sit bo-
num depravari potest per malam intentionem. ergo multo for-
tius quamlibet sit opus et quantumlibet sit malum rectifi-
cari potest ex bona intentione. et potest hoc augustini
illatio confirmari. quod a minori et a simili et per contrariam
in ipso. quia si oppositum est cum opposito. et propositum proposi-
ti. sed ergo mala intentio semper causat malum. et bona
semper causat bonum // Item esto quod aliquis faciat opus
malum bono fine. ita quod malum sit in opere et boni-
tas in intentione. aut intentio et aut intentio fit
mala ex opere malo. aut intentio faciat opus
bonum. Si primo modo ergo simul et semel meretur quis
et demeretur. quod est impossibile. Si secundo modo // Sed quod
opus est effectus intentionis. sed effectus non influit in
causam. sed primo et secundo. ergo primo intentio conferat suam proprie-
tatem operi quod opus intentionis. ergo si intentio est
bona. necesse est opus esse bonum quod ex ipso procedit.
// Item quodcumque opus de se sit malum. si tamen fiat ab eo quod operatur
omnino preter intentionem. sicut ab eo qui occidit aliquem vel si
omnis non est aliquo modo culpabile. ergo privatio in-
tentionis operis quod quodcumque de se malum potest privare malum
et facere quod non sit malum in malicia moris. pari ratione
videtur quod rectificatio intentionis operis quodcumque de se malum
potest facere bonum et cetera. Sed contra. hugo. de sacramentis.
vic. amor transformat amantem in amatum. sed a[...]
non dicitur. et cetera. ergo qualiscumque sit intentio. si voluntas velit

Margin notes (right column): Tullius de officiis; opatur; Tullius in XXXVIII q. prima; [illegible] in topicis; (ex maiori bono operis exultatione) [...] malo; Si; [illegible]

in 2o ethicorum

malum necesse est eam esse mala. Ergo non videtur quod qualitas
operis corrumpat qualitati intentionis. Item philosophus dicit
quod aliqua sunt que mox nominata convicta sunt malo et
talia dicunt theologi mala esse per se. Sed ergo in talibus
actibus inseparabiliter adheret malitia: videtur quod hii
actus non possunt fieri boni ex intentione nostra. Item
aliquid est malum quia est contra dei mandatum. Sed inten-
tio nostra non potest divinum mandatum infringere ergo
non potest facere quod homo faciendo contra dei mandatum
non peccet. Ergo quantumcumque bonum intendat, si contra dei man-
datum faciat non erit bonum sed malum. Ergo non est
generaliter verum quod qualitas operis a qualitate intenti-
onis causetur. Item bonum absolutum presuppo-
nit bonum absolutum ex circumstancia. Non enim esset
simpliciter et absolute bonum nisi vestiretur debitis condic-
tionibus et circumstanciis. Sed aliqua sunt opera que semper dicunt
carentiam debite circumstancie sicut mentiri, ingrate
fornicari. Aut dicere falsum scienter et consimilia. Ergo videtur quod
quantumcumque ad talia bona intentione faciat non erunt
simpliciter bona. Ergo non videtur quod qualitas operis semper pen-
deat a qualitate intentionis. Pro ad predictorum intel-
ligenciam est notandum quod circa hoc ab antiquo diverse
fuerunt opiniones sicut magister in littera explicat. Quidam
enim dixerunt quod generaliter verum est quod opera bona
vel mala pensantur ex intentione. Alii vero
dixerunt quod opera non pensantur generaliter bona vel
mala ex intentione sed solum illa que indifferentia sunt. Ad hoc quod fi-
ant bona vel bene male. Illa autem opera que sunt
mala per se ex intentione pensari non possunt quia
quantumcumque intentione fiant semper mala sunt. Quecumque
autem harum opinionum verum dicat sic fieri intellectum.
Intentionis enim qualitas dupliciter potest accipi. Sicut quod
intentio dupliciter dicitur: uno modo intentio dicitur
voluntas finis. Alio vero modo non tantum dicit voluntatem
quoniam finis. Sed et ordinationem eius quod est ad finem ad
ipsum finem quem appetit. Et secundum hec duo potest dici inten-
tio bona vel mala, scilicet uno modo dicitur intentio bona
in quantum est perfecta et bene ordinata operis ad finem inten-
tum congruum. Et mala in quantum est ordinatio indirecta. Et
hoc modo bonitas intentionis non tantum modo respicit
bonitatem finis sed etiam rectam ordinationem eius quod est ad fi-
nem ad ipsum finem. Sicut enim duo necessario re-
quiruntur ad hoc quod oculus sit simpliciter sicut dicit Augustinus
ad videndum videlicet quod virtus sit in electione et claritas
in intellectu et hoc est dicere quod tunc est oculus noster simplex
sive intentio bona quando hoc amat finaliter quod
est amandum et eligit quod est eligendum. Et hoc modo qualitas
operis semper respondet qualitati intentionis. Unde hoc in
littera innuitur. Immo si oculus est simplex totum corpus
erit lucidum et si oculus est tenebrosus hoc est intentio
mala et opus iudicatur malum. Alio modo dicitur
intentio bona quia illud quod finaliter intendit est bo-
num et mala quia illud quod intendit finaliter est malum.
Et hoc modo non est generaliter verum quod qualitas operis sequa-
tur ad qualitatem intentionis. Et hoc dico quantum ad boni-
tatem que est bonitas. Sicut enim in exemplo ut potest ad illa-
tionem intentionis vel furatur ut pascat pauperes
non debet bene facere sicut dicit Augustinus et etiam apostolus non sunt
facienda mala ut veniant bona. Quantum autem ad qualita-
tem malicie verum habet instancia. Immo necesse malum opus
corrumpit intentum male intendenti. Quamlibet sit bonum
quod faciat id homo mala intentione. Deus qui
scrutatur corda malum reputat. Est enim ad bonita-
tem operis necesse requirit intentio boni finis. Qua
illa deficiente et opus iudicatur esse malum. Et
tamen illa sola assistente iudicatur esse bonum. Quia
plura exiguntur ad construendum quam ad destruendum.
Ex his patet littera ad quam proposita. Et etiam ad ob-
iecta in magna parte. Nam omnia que probant quod bonitas ope-
ris non corrumpit bonitati intentionis loquuntur de
bonitate intentionis prout respicit ipsum finem. Et sic
verum concludunt quia ad hoc quod opus sit bonum non
sufficit quod homo intendat bonum sed etiam exigitur
quod ita via tendat ad bonum. Quantum vero ad obiecta
ex magna parte procedunt alia via videlicet prout
intentio dicitur esse bona non solum quia intentum est
bonum sed etiam quia ordinatio est bona. Et sic
tollitur auctoritas Ambrosii quando dicit affectus tuus operi
tuo nomen imponit. Et illud Bernardi. Et etiam non valuit
non dicit esse bona arbor. Ex bo-
nitate intentionis non per quod intentio dicit esse bonum
quia bono modo ad bonum finem tendit. Ad
quod obicitur quod mala intentio sufficiat ad faciendum
opus malum dicendum quod non est ex hoc quod similiter inten-
tio boni sufficiat ad bonum faciendum. Facilius enim est de-
struere quam construere et quia bonum attenditur per completum
ex causa integram circumstanciarum. Malum vero ac-
ditur ex quolibet privatione. Et hoc est quod malum est
ex singulari et bonum uno modo. Et ideo non sequitur
quod si defectus aliquis sufficiat ad faciendum
malum quod potentia eius sufficiat ad faciendum bonum.
Plura enim exiguntur ad bonum. Unde est ubi lex gra-
tie amicitie. Item illud quia malum est privatio boni in
talibus non tenet consequentia in ipsa. Sed potentia consequentia e-
contrario. Ad id quod obicitur quod potentia prius dicit in fluxum totum
quam eius. Dicendum quod opus non fiat integrum malum aliquid
quod influendo. Sed potentia deficiendo quia non opus dicitur
inordinatum est et intentio non potest per ordinare.

hic est. quod dum illi operi se applicat, se ipsam deor-
dinat. Ad primum quod obicitur quod pravitas intentionis pri-
vat malitiam ab actu, dicendum quod non est simile, propter hoc quod
pravitas intentionis dicitur privare malitiam ab actu,
non quia aliquid intentionis conferat ipsi actui, sed privatio
quia tollit actum [illegible] ex genere moris, quia non est opus
morale nisi quod fit intentione. Et ideo consimilis est modus
arguendi in ista ratione et in superiori quae arguebat ex com-
paratione mali ad bonum. Non enim valet: sufficit ad
destruendum, ergo sufficiat ad ponendum.

Consequenter quaeritur utrum quantum quis intendat tantum faciat.
Ut sicut opus ab intentione recipit aliquo modo qua-
litatem, ita et recipiat quantitatem. Et quod sic videtur. Scilicet
[illegible] xii. [illegible] homo de bono thesauro etc. Glossa: quantum
boni intendis tantum facias. Item hoc videtur. Ideo
agens per intentionem praefigit sibi finem ad quem opus
suum mensurat. Ergo sicut opus morale est ab agente
per intentionem, [illegible] operis moralis penes intentionem
attenditur mensuratio, attenditur in comparatione eius ad finem.
Sed comparatio ad finem est intentio. Ergo quantitas operis
operis moralis penes intentionem attenditur. Item
secundum quantitatem caritatis attenditur meritum exterioris operis,
et secundum magnitudinem libidinis attenditur magnitu-
do exterioris peccati. Sed ergo caritas ut dicit [illegible] respicit
intentionem et similiter libido quae dicitur [illegible] in bono
[illegible]. Ergo videtur quod quantitas operis moralis per inten-
tionem mensuretur. Item si aliquod opus de suo
genere est veniale peccatum, non ille qui facit id mortaliter
peccat si intendit peccare mortaliter. Hoc autem
non esset nisi opus reciperet quantitatem in genere moris
ab intentione, ergo etc. Sed contra. Si quantum quis intendit
tantum faciat, ergo si Linus sive aliquis alius [illegible] sicut
intendit mereri gloriam Petri meretur gloriam Petri,
et si amplius intendit amplius meretur. Ergo [illegible]
minorem caritatem [illegible] mal[illegible] est
plane falsum. Item si quantum quis intendit tantum fa-
ciat, ergo si actu adulterans intendit peccare venia-
liter, peccat venialiter. Sed ergo hoc est plane falsum. Mani-
festum est quod quantitas operis non [illegible] ex quantitate in-
tentionis. Item quanto quis est humilior, tanto mi-
nus boni credit se facere. Sed intentio sequitur cre-
dulitatem, quia fides dirigit intentionem. Ergo quanto quis hu-
milior est, tanto minus bonum intendit facere.
Si ergo bonitas operis mensuraretur penes quantitatem inten-
tionis, videtur quod quanto quis esset humilior, tanto opus
eius esset minus bonum. Sed hoc est plane falsum. Ergo
et cetera. Item unus simplex cum facit parvum
peccatum credit esse gravissimum peccatum. Alius impius
et iniquus cum facit maximum peccatum credit valde

parvum peccare. Si ergo opus mensuraretur penes intentionem, iste
qui iniquus et malitiosus peccat venialiter [illegible]
[illegible] simplex in genere peccati [illegible]. Si ergo hoc
est plane falsum, ergo et illud ex quo sequitur, videlicet
quod quantitas operis correspondet quantitati intentionis. Responsio.
Dicendum quod sicut ipse [illegible] probare dupliciter distinguitur
qualitas intentionis, sic et hic in illud est. Quod quanti-
tas intentionis dupliciter potest intelligi, videlicet aut ratione
actus intendendi aut ratione ipsius intenti. Et secundum
hoc distinguit ulterius locutionem dupliciter: quantum inten-
dis tantum facis, quantum et tantum. Et quantum possunt
esse notantia [illegible] ad [illegible]. Si tantum et quantum [illegible] ad [illegible]
[illegible] quantitatem actus intendendi, et sic est locutio
quod quanto actus intendendi est intensius in bonitate
et in malitia, tanto operatio exterior est bona vel ma-
la. Omne enim meritum et demeritum ad actum voluntatis redu-
citur, licet circumstantiae exteriores aliquo modo faciant ad
maiorem voluntatis [illegible]. Si autem tantum et quantum
sint notantia quantitatem ex parte intenti, et
sic non est generaliter verus ille sermo, quia opus exterius
[illegible] non [illegible] ei quod intentio intendit. Fre-
quenter enim intendit homo facere magnum bonum et facit
parvum, quia modicam habet caritatem. Habet tamen aliquo modo
veritatem in malo, videlicet intendendo, licet non [illegible]
et parum tantum. Et quod dicit quidam comparatorum [illegible]
[illegible] non comparatorum aequalitatis, unum quod intendit
multum peccare multum peccat, quamlibet opus faciat.
Non tamen qui intendit parvum peccare parvum peccat,
maxime si opus facit quod multum habet de [illegible].
Ex his patet responsio ad quaestionem propositam. Concedendum enim quod quan-
titas bonitatis et malitiae in opere correspondet quantitati boni-
tatis et malitiae in intentione, prout quantitas intentionis
attenditur quoad actum intendendi. Sic ergo rationes
ad primam partem inductae ostendunt. Concedo etiam non
quod quantitas operis non semper correspondet quantitati intentionis,
prout quantitas intentionis attenditur ex parte intenti. Sic
ostendunt rationes quae ad partem [illegible] inducuntur. Ad
alias tamen duas rationes quae ultimo inducuntur respon-
deri potest quod non cogunt, propter quod non est idem dicere de a-
liquo quod credit facere magnum vel parvum bonum
sive malum et quod intendit. Aliud enim est aestima-
tio, aliud est intentio. Et quamvis opus sequatur aesti-
mationem, non tamen sequitur intentionem. Praeterea illae duae rationes
sic [illegible] procedunt de quantitate intentionis ex parte
intenti. Quamvis enim humilis homo parvum intendit fa-
cere, [illegible] tamen magnae bonitatis est eius intentio,
dum ex magna caritate movetur ad illud faciendum.
Similiter tamen iniquus homo intendit modicum ma-
lum facere, tamen quia ex magna libidine facit multum.

Vera generaliter tantum [illegible] bonorum sunt [illegible] malorum quia

in bonis

seu valde est prava eius intentio, dum nimium adhe-
ret bono creato, et ideo non sequitur quod minus peccet
ille qui magis maliciosus.

Etiam queritur de bonitate operum quantum ad necessitatem, utrum
videlicet intentio absque bonis operibus sufficiat
ad vitam eternam. Et quod sic videtur [illegible]. In-
tentio sufficiat ad meritum, bona actio requiritur
ad exemplum. Ergo videtur quod quantum ad meritum vite eterne non
sit necessaria bonitas actionis exterioris. Item super illud
Ps. Dixi confitebor [illegible] votum pro opere iudicatur.
Ergo tantum valet bene velle quantum velle et operari. Ergo etc.
Item Gregorius in quadam omelia: Non est vacua manus a
munere, si archa cordis repleta fuerit bona voluntate.
Ergo plenitudo intentionis et voluntatis equivalet plenitu-
dini operationis. Ergo sine illa potest sufficere ad salutem.
Item meritum vite eterne est in potestate nostra. Sed opera ex-
teriora non sunt in potestate nostra. Ergo videtur quod opera exteriora
non [illegible] ad merendum vitam eternam. Ergo ad meritum
vite eterne videtur sufficere intentio sola. Item
intentio et voluntas non pendent ex opere. Ergo opere deficiente
[illegible] bonitas tamen voluntatis quod intenditur. Sed qui
habet bonam voluntatem et intentionem est [illegible] talis
habet quod sufficit eis ad vitam eternam. Ergo ad meritum
vite eterne videtur intentio sufficere absque exteriori
operatione. Sed contra Matth. xxv. Esurivi et non de-
distis mihi manducare. Ita dominus dicet reprobis et propter hoc
feret sententiam dampnationis contra eos. Si ergo propter defectum
bonorum operum quis dampnatur, videtur quod exercitium bonorum
operum est ad salutem necessarium. Ergo intentio sine operi-
bus non sufficit ad meritum. Item Iacobi ii.
Fides sine operibus mortua est. Sed non est efficacior
ad merendum intentio quam fides. Ergo si fides non
sufficiat ad meritum sine operibus, pari ratione nec in-
tentio. Item Gregorius in quadam omelia: Amor
dei nunquam est ociosus. Operatur enim magna si
est. Si autem operari negligit, amor non est. Ergo
si opera non adsunt, non adest veritas amoris.
Sed nichil est meritorium vite eterne absque vero
amore caritatis. Ergo exceptis operibus intentio
non sufficit ad meritum. Item philosophus dicit quod ad virtu-
tem tria requiruntur, videlicet scire et velle
et immutabiliter operari. Ergo si non est opus, non est
salva virtutis ratio. Sed ubi non salvatur virtutis ratio,
non potest salvari sufficientia meriti. Ergo videtur quod absque ope-
ribus vitam eternam non condigne sufficiant mereri.
Item si sola intentio vel voluntas interior sufficeret
ad meritum, sed hominibus facillimum est velle bo-
num, ergo facillimum esset mereri vitam eternam, cuius
contrarium dicit Dominus Matth. vii. ~~quod ideo dicit~~ quod arta est

via que ducit ad vitam. Responsio. Dicendum quod cum queritur utrum
intentio et voluntas interior sufficiat ad meritum absque
operibus exterioribus, distinguendum est. Aut enim ille qui habet intentionem
habet facultatem bene operandi, aut non. Si non habet
facultatem, cum nemo obligetur ad impossibile, si illa
habet voluntatem et dictam intentionem, tunc sola ple-
nitudo voluntatis interioris sufficiat ei ad meritum
vite eterne absque exteriori operatione. Si autem adsit
facultas et se offert oportunitas, intentio non potest
ad meritum sufficere absque opere. Ratio autem huius est divi-
ni mandati obligatio et virtutis perfectio et volun-
tatis plenitudo. Divini mandati obligatio facit ut intentio
sine operibus non sufficiat, cum se offert oportunitas
et facultas. Mandata enim Dei non solum obligant
ad volendum, sed etiam ad faciendum. Et ideo qui non implet
divina mandata cum possit, prius meretur [illegible]
quam meretur gloriam. Virtutis etiam perfectio, quia non
sufficit sola intentio, quia virtus est ultimum
potentie, et ideo elevat potentiam ad aliquid magnum et ar-
duum. Potentie autem activae non habent suam utilitatem sive
perfectionem completam, nisi exeant in opera sibi debita, quando
est facultas et oportunitas. Et ideo illa intentio
qua quis vult et intendit bonum, et tamen non facit cum
possit, non est intentio virtuosa, ac per hoc nec in
totalis bonitas et plenitudo. Ideo est quod non sufficit sola
intentio, quia plena voluntas pervenit ad effectum, si ad-
sit facultas. Alioquin non dicitur homo plene aliquid
velle, si non facit cum possit facere, sed semipleno
et pigritante vult, sicut piger qui vult et non vult.
Et ideo dicit Gregorius quod nemo debet blandiri de bona volun-
tate, immo de dilectione conditoris. Lingua, mens et manus
[illegible], et sic ortatur nos Ioh. i. canonica i.: Dili-
gere debemus non solum verbo et lingua, sed opere et veri-
tate. Quando ergo cum adest facultas et se offert oportu-
nitas, absque operibus exterioribus nec est mandati
dei impletio nec virtutis perfectio nec voluntatis plenitudo,
absque hiis non est sufficientia meriti. Hinc est quod ad
meritum vite eterne non sufficit bonitas intentionis
absque bonitate operis exterioris, ubi tamen que hec offe-
runt concurrunt. Ad primum ergo quod primo obicitur, in illa
dicendum quod bona intentio sufficit ad meritum, dicendum
quod loquitur de intentione illorum operum que non sunt in pre-
cepto, non ratione illorum que in precepto sunt. Vel
dicendum quod loquitur in eo casu quando scilicet non adest facul-
tas bene operandi exterius. Ad secundum quod obicitur quod voluntas
pro facto reputatur, dicendum quod verum est, quando non se offert
bene operandi oportunitas et facultas. Ad illud
quod Gregorius dicit quod non est vacua manus a munere et cetera, di-
cendum quod faciendi est vis in hoc quod dicit: cum archa cordis

[Marginal notes at foot of page, partly illegible:] Sola intentio sine operibus [illegible] pena — voluntatis adiectione [illegible] sola voluntas sola sine opere [illegible] — preceptis [illegible] — facile mali [illegible] — Cum bona intentio sine operibus si adsit facultas non sufficit [illegible] — divini mandati obligatio — virtutis perfectio — voluntatis plenitudo

dis repleta fuit bona voluntate. numquam enim sic deum est
propter plene bonam voluntatem habet. qui potest facere bonum
illud aliud habet voluntatem et ad fructum non perducit / ad
id quod obicitur quod opera non sunt in potestate nostra. dicendum quod hoc so-
lum concludit quod ideo autem sufficiat intentio quando
deest facultas ad perficiendum operationem bonam / ad
id quod obicitur quod bona voluntas non pendet ex opere. dicendum quod
verum est. attamen cum adest facultas plena voluntatis necessario
ponit bonum opus. ita quod si bonum opus non ponit, aut
numquam voluntatis fuit plena, aut desinit esse plena.
et ergo sibi operibus non sufficiat. hoc non est quia plenitu-
do bone voluntatis ex operibus pendeat. sed quia bona
voluntas si plena est necessario in bona opera redundat. of-
ferente se facultate et opportunitate.

Consequenter queritur ad secundum principale de eo quod ope-
ra superadduntur bonitati intentionis. et circa hoc
queruntur tria. Primo quia utrum aliquid addat operatio exterior
ultra bonam intentionem. ratione prerogative dignitatis.
Secundo quia utrum addat ratione quantitatis exterioris dati.
Tertio quia utrum aliquid addat ratione intensiositatis.

Circa primum sic proceditur. et quia videtur quod opera exteriora aliquid
addant super bonam intentionem. ratione sive excel-
lentie et dignitatis. sicut sunt opera privilegiata et
consiliorum. super illud psalmi. O quam sit supereminens
magnitudo. glossa. quedam maximum gloriae habebunt
summi doctores. velut id quod habebunt alii. hoc autem
non est nisi ratione doctrine quam alius habuit. ergo etc. Item
ecclesia in terra magis sollempnizat martires quam
confessores. sed constans est quod ecclesia sanctis exhibuit
honorem pro meritorum suorum exigentia. ergo maiori gloria
digni sunt qui mortem pro Christo pertulerunt, quam illi qui
pati solum voluerunt / Item Christus nobis ad meruit per
passionem. quam non meruerit nobis ut porta
regni pateret ianue. et meritorum carismatum diffusionem.
Si ergo caritas Christi fuit eminentissima. ab instanti con-
ceptionis. et maioris fuit efficacie cum passione
quam sine. ergo videtur quod in quolibet alio excellentia operis
exterioris addat ad meritum bone voluntatis sive intentio-
nis / Item bonum additum bono facit magis
bonum. sed opus privilegiatum est bonum. ergo additum
intentioni facit eam magis bonam. sed quod addit ad
bonitatem addit ad meritum. ergo etc. / Item si opera
privilegiata nichil adderent super bonitatem inten-
tionis. ergo qui ea faceret frustra laboraret. Si
ergo impium est dicere quod qui facit opera excellentia fru-
stra laborat. videtur quod opus excellens addat
super intentionis bonitatem. Sed contra de beato martino cantat
ecclesia. o beata anima quam etsi gladius persecutoris non
abstulit. palmam tamen martirii non amisit. ergo ita
videtur quod beatus martinus habuit palmam martirii pro bo-
nitate intentionis. sic si sustinuisset acerbitatem
passionis. ergo non videtur quod opus excellens aliquid ad-
dat super bonitatem intentionis / Item operans non
placet propter operationem. sed magis operatio propter operantem. — [marginal note: [illegible]]
quantumcumque operatio illa sit nobilis. ergo quod deus ap-
probat operantem non approbat operationem. ergo non videtur quod
hoc maioris premii efficiat apud deum dignius
propter operationem excellentem superadditam bonitati voluntatis.
Item si aliquis sustinet mortem pro mundo prius demeretur
apud deum quam aliquid meretur. ergo sustinentia mor-
tis pro Christo si quam placet deo hoc non est ob aliud nisi
quia ordinatur ad Christum. sed illa ordinatio est mediante
intentione. ergo tota bonitas operationis quantumcumque excellentis — [margin: excellentis]
existentis habet ortum ex intentione et propter illam deo placet. sed ubi — [margin: [illegible]]
sed numquam multiplicatur secundum numerum non habet statum. ergo si peccatum solum numero distinguitur per diversas naturas differentes numquam posset dividi in peccatum sufficienti divisione. Si igitur septem peccata mortalia dicuntur differentiis ipsis sufficienter dividentibus, et non est peccatum complectentibus mortale quod peccatum ab invicem distinguantur non solum differentiis materialibus verum etiam formalibus. // Contra ergo formale in genere peccati mortalis est aversio. sed peccata a parte aversionis non distinguuntur, immo conveniunt omnia in una communi aversione a deo. si ergo distinguuntur hoc est solum a parte conversionis, que est in peccato materiale. ergo tantum dividitur peccatum mortale per differentias materiales, non per formales // Item peccatum formaliter loquendo privatio est. Sed quod non est non habet differentias dividentes. ergo si peccatum dividitur nullo modo dividitur in quantum formaliter consideratur. relinquitur ergo quod solum dividatur pro eo quod est materiale in ipso et in eo quod ipsius // Item omne illud quod habet differentias formales et specificas aliquam modo formaliter loquendo habet speciem. sed peccatum sive malum formaliter loquendo est privatio speciei, et privatio speciei non habet speciem. et quod non habet carent specificam differentiam formalem et specificam. ergo etc. // Item si peccatum haberet differentias proprias formaliter dividentes, ergo haberet varias species. sed omne tale habet ordinari in genere directe. illud autem quod est in genere directe aliquid est. ergo peccatum formaliter loquendo aliquid esset, quod est contra fidem // Item peccatum dicitur est in originale et actuale, sed originale et actuale peccatum non distinguuntur formaliter. quia quod est originale uni fuit actuale alteri, sicut patet. quia quod est originale nobis fuit actuale ade. si ergo peccata maxime differunt et originale et actuale non sunt differentie peccati formaliter differentes, multo fortius nec alie // Item peccatum dicitur actuale primo per mortale et veniale. sed mortale et veniale non dicunt diversas differentias secundum formam et speciem, ergo multo minus alie differentie secundum speciem et formam faciunt differentiam. maior apparet manifesta est. minor probatur per hoc quod veniale peccatum efficitur mortale sola intensione libidinis existente eodem genere delectabilis. ergo si magis et minus non faciunt diversitatem secundum speciem et formam, videtur quod peccatum veniale et mortale non addat formalem differentiam. ergo nec aliam // Responsio dicendum quod dupliciter contingit loqui de peccato, aut in concretione, aut in abstractione. Si in abstractione, sic dicendum est quod ad minus peccatum est sit privatio, non habet ordinari in predicamento scilicet per comparationem ad suum oppositum. sic et non habet formaliter distingui nisi ratione sui oppositi. privationes enim distinguuntur per habitus. unde sicut castitas et fortitudo sunt virtutes formaliter differentes in genere virtutis, sic et luxuria et pusillanimitas que sunt opposita istarum duarum virtutum formaliter dicuntur differre in genere viciorum, non tamen secundum formam suam, sed secundum formam sui oppositi. Si autem loquimur de peccato in concretione, sic non tantum dicit privationem, sed etiam actum vel habitum substractum et quam actus vel habitus substractus peccato, non tantum modo dicit diversificatur formaliter, immo et formaliter differunt. alia est enim proprietas ad luxuriam, alia proprietas ad superbiam. et alius actus quo superbit aliquis. et alius quo luxuriatur non tamen secundum [illegible], sed etiam secundum formam ipsorum formalem differentiam obiectorum. hic est quod peccatum secundum quod concretive accipitur dividi habet per differentias non tantum materiales verum etiam formales. formales dico non secundum defectum formalitatis sed secundum habitus vel actus substracti. et sic patet quod sive peccatum accipiatur abstracte sive concretive differentias habet formales. Sed uno modo per se, alio modo per accidens. quia uno modo dicitur eius in genere per [illegible] concordiam, alio modo dicitur eius in genere solum per reductionem. et quia hoc modo ideo ad primam partem predictam ideo concedendum sunt // ad illud vero quod primo obicitur in contrarium, quod formale in peccato est aversio. dicendum quod verum est quod aversio est formale respectu conversionis, ipse tamen loquendo peccatum magis dicitur formaliter privatio boni sibi oppositi, quam aversio a deo non multiplicatur, quia unum est a quo fit aversio. tamen ratione privationis boni cui opponitur multiplicari habet, et ratione eius quod est in ipso formale, habet diversas differentias. ad contrarium primo non tantum in conveniunt aversio sed etiam conversio. et tamen conversio respiciat omnia creata que non tantum distinguuntur materialiter sed etiam formaliter differunt. hic est quod ex illa parte peccatum habet plurificari per formales differentias // Item non dicitur conversio esse materiale in peccato simpliciter loquendo, sed solum ratione aversionis. non enim omnino est materiale aversionis. nam et si aversio dat conversioni quod sit peccatum, et conversio dat aversioni quod sit tale peccatum // ad illud quod obicitur quod peccatum formaliter loquendo non est, dicendum quod verum est, conversus autem non sit, tamen aliquid est non solum ut subiectum verum etiam ut oppositum. et ratione que aliquid est cui formaliter opponitur, formaliter habet distingui non secundum formam que est in ipso sed secundum formam que est in suo opposito. // ad illud quod obicitur quod peccatum est privatio speciei, ergo non habet speciem, ad patet responsio. verum est enim quod non habet speciem propriam secundum quod privatio. non dicitur habere distinctas formales et specificas isto modo scilicet quod in se diversas habeat species, sed quia opponitur diversis bonis secundum speciem in quibus illa privat // ad illud quod obicitur quod si habet speciem esset in genere, dicendum quod verum est si haberet species in se et per se. peccatum autem secundum quod accipitur abstracte et formaliter, sic non est in genere per se nisi per reductionem, sic non habet dividi per differentias formales differentes per se, sed solum per accidens. Peccatum autem secundum quod non est et accipitur abstracte non sit in genere. tamen secundum quod accipitur concrete scilicet ratione actus substracti et habitus in genere est. [illegible] // ad illud quod obicitur de originali et actuali, dicendum quod originale et actuale non solum differunt [illegible], sed etiam differunt penes bonum quod privant. unde et actuale privat [illegible], originale vero tollit iustitiam originalem, sive que respicit [illegible] alii dicunt in nobis originale et alii in ada. si in nobis dicitur originale quia est ab origine tractum, in ada vero quia fuit origo aliorum peccatorum

vel saltem eque principaliter conversio peccatum ratione aversionis a deo

catorum. et quamvis omne (?) solo mentis actu possit esse tamen quod actuale. potest tamen primo modo dici non posse committi. contrarie vero in eodem peccati genere cum actuali. et tamen non possunt dici inter ea // Ad primum quod obicitur de cupiditate et amore. quod non differunt formaliter. quia maius et minus non variant speciem. dicendum quod propositio falsa est. Ad hoc autem quod dicitur quod differentia secundum maius et minus non variat speciem. respondetur quod propositio vera est in genere naturae. sed non est vera in genere moris. sicut patet quia vitia diversificant formaliter per speciem penes superabundantiam et defectum. non solum a se invicem. sed etiam a virtute. Eo modo respondetur quod hec intelligitur de maiori et minori accidentali. delectatio autem sub deo est venialis vel delectatio super deum est venialis mortalis. // Secundo modo respondetur quod hec vera est de maiori et minori. circa finem. sed ideo est de maiori et minori ultra finem. quod variat calorem (?) .i. ... sicut differt alterius speciei quam calor intensus. Sic et in proposito intelligitur. est quando amatur ad citra deum. et tunc est venialis peccati. et quando intendat amor. dum tamen citra deum est. venialis peccatum est. Si autem pervenit ad deum. tunc erit supra finem. et sic cadit in aliud genus peccati scilicet in peccatum mortale.

Eodem modo videtur quod ratio peccati habeat dividi per aversionem et conversionem. tamquam per diversas peccatorum differentias sunt diversa peccata. Et sic intelligitur Ieremie .ii. Duo mala fecit populus meus. me dereliquerunt fontem aque vive etc. Ergo derelinquere deum. et adherere creature. duo mala. ergo sunt duo peccata // Item aversio est per contemptum. conversio autem est per cupiditatem. Si ergo cupiditas et contemptus sunt diversa peccatorum genera. videtur quod aversio et conversio faciant peccata diversa // Item in bonis sic est. quod alius est habitus quo quis declinat a malo. et alius quo facit bonum. similiter et alius actus. sicut patet in timore et amore. Ergo si multo maior est diversificatio ex parte maiorum quam ex parte bonorum. multo fortius videtur quod aliud sit peccatum quo quis avertitur a deo et aliud quo convertitur ad commutabile bonum // Item aliud est preceptum quo precipitur facere bonum. et aliud quo precipitur declinare a malo. sed aversio est contra illud preceptum quo quis precipitur facere bonum. ut potest de adherere. et ad ipsum converti. Conversio vero est contra preceptum quo precipitur declinare a malo. ergo si diversa sunt precepta. quibus opponuntur conversio et aversio. ergo sunt diversa peccata. // Item plus convenit aversio cum alia aversione quam aversio cum conversione. Sed aversio cum alia aversione faciunt diversa peccata. ergo multo fortius conversio cum aversione diversa faciet peccata // Set contra super primum .ecc. .x. Initium omnis peccati superbia. Glossa. caveamus superbiam et cupiditatem. non tamquam duo mala. sed unum a quo omnia oriuntur. ergo si superbia facit aversionem et cupiditas conversionem. quod penes aversionem et conversionem. non attenduntur duo peccata sed unum. // Item aut hec contra pelagianum. peccatum non est appetitus rerum malarum. sed desertio meliorum. ergo numquam conversio facit peccatum completum. nisi assit aversio. Si ergo aversio et conversio concurrunt ad idem peccatum. videtur quod penes illa non sumatur differentia peccati // Item omne peccatum mortale est voluntarium. sed non est voluntarium nisi ratione conversionis ad commutabile bonum. ergo conversio trahit ad esse peccatum. ergo conversio non potest esse peccati differentia // Item recessio et accessio a quo et accessus ad terminum ad quem. non faciunt diversos motus nec diversos actus. sed aversio dicit recessum a termino a quo. et conversio accessum ad terminum ad quem. ergo non faciunt diversum actum vel motum. Sed ab unitate actus est peccatum. et unum. ergo non faciunt diversa // Item in peccato aversio est formale. et conversio materiale. Sed formale non potest inveniri cum suo materiali. ergo si aversio potest inveniri cum conversione. ergo conversio et aversio non faciunt diversa peccata // Respondeo dicendum quod aversio dupliciter accipitur. uno modo prout dicit deordinationem circa actum conversionis. alio modo prout dicit actum a conversione distinctum. primo modo conversio non potest inveniri sine aversione. nec diversa facit peccata. immo illa duo concurrunt et claudunt in omni peccato mortali. nam conversio non est culpa. nisi quia inordinata. non est autem inordinata. nisi quia avertitur homo a deo cui deberet inherere. tamquam fini ultimo. et sic aversio est in peccato in quo precipitatur peccator. nec cogitat de deo. secundo modo. scilicet prout aversio dicit actum distinctum a conversione. sic constituit diversum peccati genus. sed non multum (?) autem est odio habere vel invidere. Sic super dicit magister d. .v. et constat quod aliud genus peccati est odire deum. et aliud amare commutabile bonum. et quamvis ut plurimum aversio in peccato accipitur prout dicit deordinationem a deo tamquam a fine. quam prout dicit motum inordinatum a deo. hoc est quod aversio et conversio possunt comparari ad peccatum sic dicte. constituentes. quod sic dicte diversitatem. et ideo concedendum quod hoc modo aversio et conversio non faciunt diversa peccata. et rationes que hoc ostendunt concedende sunt. quia vera via procedunt // Ad hoc quod primo obicitur de Ieremie .ii. Duo mala fecit populus meus etc. Respondeo potest quod dicit mala ibi non tamen dicit ibi pro deordinatione que est concreta conversioni. sed etiam pro omissione mandatorum. dicitur enim distingui illa duo mala. non sicut conversio et aversio. sed sicut omissio et commissio. Vel dicendum quod duo mala dicuntur. non quia sunt duo peccata. sed quia sunt due male radices concurrentes ad complexionem unius peccati. sicut dicit glossa super Psalmum .x. (?) ecc. // Ad secundum quod obicitur quod aversio est per contemptum et conversio per cupiditatem. sicut patet. licet .ii. de eo

usione et aversione per diversos actus et motus. quod
si alicui instat, ut accipiat conceptus et cupidi
tas large prout convertit ad unum peccatum. sic non
sunt duo mala. sed unum. Ad illud quod obicitur quod alia
est habitus s. quo quis declinat a malo et quo
quis facit bonum. dicendum quod declinare a malo di
citur. sic dicendum est de aversione. prout enim declinare
a malo dicit actum detestationis et fugere a ma
lo, dicit diversum actum et motum ab eo quod est facere
bonum. prout autem dicit recessum a malo sic non
dicit diversum actum et habitum. quia eodem motu et habi
tu quo quis accedit ad bonum elongatur a ma
lo. Ad illud quod obicitur quod aliquis precepto opponitur
conversio et alii aversio. dicendum quod falsum est. nam aversio
et conversio non sunt contra diversa precepta. sed currunt ad
idem peccatum, quod est tamen contra preceptum affirmati
vum et contra preceptum negativum. nisi forte accipiatur
aversio prout notat actum vel motum contrarium. Ad
illud quod obicitur quod plus convenit aversio cum aversione. dicendum quod
verum est convenientia formali que est in hoc, quod assignatur
in aliquo tamquam in uno communi. Sed non est verum in con
venientia ordinis, quam concurrit ad constitutionem unius tertii,
non enim unum tamen peccatum constituitur ex pluribus aversioni

[left margin: conversio cum aversione quam aversio cum aversione]

bus sicut ex aversione et conversione sibi concurrentibus.
Propter ista sunt dubitationes circa reatum. et primo quod de hoc
quod dicit. quod peccatum infixum est in aliquo reatu, post
transit actu. et cetera. videtur enim hoc esse falsum. aut enim rea
tus sive obligatio peccati fundatur super actum peccati, aut
super pravitatem, aut super deformitatem. si super actum,
ergo transeunte actu. necesse est ipsum transire. ergo non ma
net peccatum quoad reatum postquam transit quantum ad
actum. Si super pravitatem. ergo cum pravitas permane
at in homine post gratie susceptionem. videtur quod rea
tus remaneat post penitentiam et post gratiam suscep
tam. quod est plane falsum. Si super deformitatem. Sed
contra, deformitas dicit privationem, et privatio nichil est. ergo funda
tur reatus peccati super nichil. ergo pro nichilo obligatur
homo ad penam. Si ergo nichil est plus in peccato nisi ista tria,
non videtur quod peccatum possit remanere reatu et transire
actu. quia ergo super quod fundatur reatus sive obligatio
ad penam. Responsio dicendum quod sicut quod tria sunt in peccato vi
delicet actus peccandi et habitus pravitatis sive ma
cula peccati, et tertio defectus sive boni privatio, que defor
mitas dicitur. secundum hoc triplex fuit hic modus dicendi. quidam
enim dixerunt quod reatus peccati fundatur super actum,
nec tamen sequitur quod transeat cum actu, pro eo quod pro ac
tu preterito potest homo manere obligatus ad penam
futuram. Sicut enim quis ex pravitate actionis sue re
pene efficitur, et si actus ille pertranseat reatus
sive obligatio non pertransit. sicut patet in latrone vel in
eo qui aliquid furatur preterito. Sed huic modo dicendi
obviat possibilitas absolutionis a reatu. Si enim rea
tus fundaretur super actum preteritum, cum actum preteritum
necesse sit esse preteritum. tamen est. vere. non. enim. non esse vere. quod
manifeste falsum est. Alius modus dicendi fuit, quod reatus
fundatur super pravitatem. quia quidem pravitas dicitur esse et
macula peccati. et illa macula est. quia quedam dispositio re
ddens animam exprobrabilem. et ratione amotionis illius
macule, dicimur lavari in sanguine Christi a peccatis nostris.
Sed huic modo dicendi obviat possibilitas amotionis illius
pravitatis absque infusione gratie. sicut patet quando de
avaro fit prodigus. aufertur quidem ab eo pravitas ad avari
tiam. Si ergo reatus fundaretur super illam pravitatem.
cum aliquis de avaro fiet prodigus, absque gratia esset a
reatu peccati absolutus, quod plane falsum est. Tertius
modus dicendi est. quod reatus fundatur super defor
mitatem. deformitas autem non tantum dicit boni privationem. sed et de
biti honoris. quia peccator deo iniuriam et hono
rem. et dum illius privat per peccatum deformatur. et ex hoc
obligatur ad sustinendam penam. quia enim debitor est
et non potest solvere in operibus, necesse erit ut persol
vet in passionibus. Sed huic modo dicendi obviat reatuum

[right margin: modo]

multiplicatas. quot enim peccata homo actualiter per
travit, tot penis reus est. Ex multis autem peccatis eius
dem speciei una resultat in anima deformitas. per carentiam
boni in homine obligat ad carentiam summi boni, non
ad passionem supplicii, sicut patet in originali. per remota
deformitate per gratiam, adhuc remanet obligatio ad penam.
Et ideo dicendum potest. quod reatus sive obligatio ad penam. du
plex est. quedam scilicet pene eterne. et quedam vero pene tempora
lis. obligatio vero pene temporalis non semper requirit culpam
presentem. sed sufficit ad illam obligationem quod cul
pa fuit preterita. et quod non sit secuta fuit plena
emenda. obligatio autem ad penam eternam fundatur
super ipsam culpam. culpa autem proprie loquendo non est ipsa
pravitas. sed ipsa deordinatio. sive que est in actu. sive
que est in anima. deordinatio autem in actu, consistebat
quidem ex conversione et aversione. Et secundum hanc duplicem
comparationem anima deordinatur. cum peccavit. et illa deor
dinatio in anima ratione aversionis dicitur deformitas, ratione vero
conversionis dicitur macula. dico ergo quod reatus pene eterne
fundatur super peccatum. et in quantum est deformitas. et in quantum est macu
la. sed differenter. quia ratione aversionis dignus est suppli

[right margin: scilicet dignus privari summo bo. ratione conversionis]

cio. fundatur autem reatus super maculam et deformitatem,
que est in anima per comparationem ad actum per quem illa ma
cula macula. vel deformitas est introducta. et ideo multi
plicatur reatus secundum quod multiplicantur peccata commissa. et
per hoc patet responsio ad obiecta. nam dico quod reatus pene

et tunc non simpliciter fundatur super maculam secundum quod dicit privatas vel potius aliqua. Sed potius hoc quod dicit deordinato et privato. Dico etiam quod non fundatur super deformitatem solum ratione privationis. Sed et ratione debiti. Non solum ratione aversionis. Sed et ratione debiti. Non solum conversionis. Non solum super peccatum quod est deformitas. Sed hoc quod est macula. Et hoc est quod magister dicit in littera. Reatu remanet peccatum in homine cum peccato sive transierit sive actualiter mens hominis polluta est et corrupta. Quo usque homo suppliciis est obligatus. Veritatis loquitur hic magister. Sic patet de reatu pene eterne non temporali. Reatus non pene temporalis bene fundatur super id quod pertransit.

Item quid dicere quod dicat modum peccatorum variationis in septimum hunt distinctione. Videtur non quod non solum nunc varias habeat immo et infinitas. Quia sicut vult philosophus bonum est uno modo, malum autem multipliciter. Et ipse Dionysius dicit quod malum est infinitum. Ergo videtur quod in septimum non possit hec distinctio deficiatis. Juxta hoc queritur de numero et sufficientia harum distinctionum quas magister ponit in littera. Videtur non quod alique inconvenienter assignentur. Quia cum omne peccatum sit in voluntate ex libidine mota, male distinguitur peccatum in peccatum quod est ex amore et quod est ex timore. Item cum omne peccatum sit in cogitatione et voluntate, male distinguitur peccatum per peccatum in cogitatione, verbo et opere. Item cum omne peccatum sit in deum, male distinguitur peccatum per istas differentias in deum et in se et in proximum. Item cum omne peccatum sit defectus alicuius existentie, omne peccatum videtur esse omissio. Ergo male distinguitur per commissum et omissum.

Postremo videtur cum omnis peccati initium sit superbia, quod male distinguatur peccatum per vii capitalia. Responsio. Dicendum quod magister in hac parte vii innuit divisiones peccati secundum septemplicem ipsius comparationem. Primo namque peccatum comparatur ad radicem suam ex qua habet ortum. Et sic est illa divisio peccati in actuale et originale. Secundo comparatur ad penam ad quam tendat et sic est illa divisio peccati in mortale et veniale. Has duas divisiones magister premisit supra. Tertio peccatum comparatur ad motivum. Hoc quidem vel est ad bonum assequendum vel ad malum fugiendum et sic est illa divisio quam magister ponit in peccatum ex amore et peccatum ex timore. Quarto peccatum habet comparari ad actum substractum, et sic est quarta divisio peccati in peccatum cogitationis, verbi et operis secundum triplicem potentiam scilicet affectivam, interpretativam et operativam. Cogitatio enim pro affectione ibi accipitur. Quinto comparatur peccatum ad personam quam offendit et sic est quinta divisio peccati in deum et in se et in proximum. Sexto comparatur peccatum ad mandatum cui opponitur et sic est illa divisio in delictum et commissum, quia delictum est contra preceptum affirmativum et commissum contra negativum. Septimo comparatur ad vicia a quibus oritur. Et sic est illa divisio peccati in vii differentias capitalia. Et sic magister ponit vii divisiones secundum vii peccati comparationes. Quamvis tamen alie divisiones reperiantur ad aliquas harum reduci possunt pro eo quod sumuntur secundum aliquam istarum comparationum. Sicut illa divisio qua beatus Johannes in canonica sua dividit peccatum in superbiam vite et concupiscentiam oculorum et concupiscentiam carnis, reducitur ad illam que est ex parte motivi. Similiter et illa divisio qua Ysidorus dividit peccatum in peccatum quod est ex malicia, infirmitate et ignorantia. Similiter illa divisio qua Gregorius dividit in peccata carnalia et spiritualia, quam sumit ex verbo illo apostoli ii Cor. vii. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, reducitur ad illam qua peccatum dividitur per comparationem ad actus substractos. Et sic patet sufficientia numeri et ordo istarum divisionum. Ad illud ergo quod obicitur quod malum est infinitis modis, dicendum quod si hoc est verum ex parte ipsius mali, et etiam per comparationem quas habet ad particularia bona et ad particulares personas, verumtamen ratione boni oppositi et ratione comparationum generalium modis finitis generalibus variis habet distingui. Ad aliud quod obicitur quod divisiones ille que hic assignantur non recte sumuntur, magister quia in illis tribus divisionibus primum membrum generale est ad omne peccatum. Dicendum quod in illis tribus divisionibus primum membrum accipitur est specialiter ut sit sensus quod peccatum quod sit ex amore tantum quod ex amore procedit et timore. Similiter et in aliis duabus vel dicendum quod dividit peccatum penes motivum et actum et obiectum prout hic accipiuntur proprie et immediate. Illud vero quod obicitur contra illam divisionem que est in delictum et commissum non valet, quia non quelibet obmissio cuiuscumque bone existentie dicitur delictum, sed illa que est obmissio actus debiti. Ad ultimum dicendum quod superbia dicitur dupliciter. Uno modo prout omnis concupiscentia et reatus in nomine superbie continetur. Et sic est initium omnis peccati. In omni enim peccato homo superbit et se erigit contra deum. Augustinus dicit superbia appetitus dignitatis et honoris. Et hec modo est speciale peccatum distinctum ab aliis peccatis. Item queritur de hoc quod dicit vii esse vicia capitalia. Videtur quod plura quia super illud proverbiorum vi sex sunt que odit dominus, glossa vi capitalia vicia enumerat quae in comparatione septimum numeri sunt et ista non continentur sub illis. Ergo videtur esse xiii. Item Ysidorus super Deuteronomium enumerat viii capitalia scilicet castrimargiam, fornicationem, philargiriam, tristiciam, cenodoxiam, acidiam, superbiam et iram. Vel quod ista divisio sit diminuta vel alia superflua.

Item cum vicia opponantur virtutibus et nos habeamus habitus virtutum et beatitudinum, videtur quod debeant esse capitalia vicia saltem xvi. Item cum virtus habeat contra malum extremum penes superhabundantiam et defectum, ergo secundum numerum habitum bonorum debet duplari numerus capitalium

uiciorum ut patet. Iuxta hoc autem queritur quare cum inveniantur aptata
le vicia penes sensus tactus et gustus ut luxu
ria et gula quare non habentur penes alios sensus. Queritur
et quanto dicatur aliquod capitale peccatum et denuo et
sufficientia istius divisionis. Respondeo dicendum quod capitale vici
um dupliciter potest dici. aut quia precipuum est et magnum
in genere vicioso. aut quia capud et principium aliorum. Primo
modo accipitur in glossa super .xvi. ubi vocantur illa vicia
capitalia. quia magna sunt et ideo digna sunt magna
pena. Secundo modo accipitur hic capitale. Dicendum
ergo quod hic vicium capitale illud quod est radix et principium multorum peccatorum.
Unde Gregorius cuilibet capitali vicio assignat filias. Peccatum
autem hoc ipso ponitur esse capud et principium aliorum quia ei
motivum a deo cadit in anime appetitum quod potest prestare.
et motum quo ut expressius congregat quedam peccati corporis quedam
in media cupines varietate ramorum et in brevioribus fi
liarum et filiorum. et hinc est quod infidelitas non opponitur
fidei. inquam ponitur esse capitale peccatum. quia error non ca
dit per iam appetitum. Similiter nec prodigalitas que est op
posita avaricie. Inanis autem gloria uno modo est ca
pitale vicium. alio modo est filia. nam prout inanis dicit
gloriam de appetitum valde prodigalitas que est opposita
avaricie. Inanis autem gloria uno modo est capitale
vicium dignitatis et excellencie. sic est idem cum superbia,
et est capitalium viciorum. et sic accipit magister
illam. quia animi dicitur modo ad excellenciam et dig
nitatem appetendam. prout autem inanis gloria dicit appeti
tus laudis, sic est filia. quia non desideratur laus huma
na nisi propter excellenciam. et sic patet quod non est confusio in
ista assignatione et illam ysidorus. ysidorus enim accipit se
nodoxiam sive inanem gloriam pro superbia. et
ultimo superaddit superbiam .vii. capitalibus quasi omnium
viciorum reginam. Sufficientia autem capitalium et
unius multiplex potest accipi uno modo sic, cum peccatum capi
tale sit corruptio sive perversitas. et ei adeo nichil pena est,
ex corruptione potentiarum anime multiplex habet. sic habet multiplex illa
perversitas. perversitas autem illa potest multipliciter exposita ob. sic.
Quia aut attendit quod ad appetitum apparentis boni. aut
quo ad fugam apparentis mali. Si primo modo. aut
respectu boni interioris et sic est superbia. aut exterioris. et sic
est avaricia. aut interioris prout spectat ad conservationem
propter carnis et sic gula. aut ad conservationem speciei. et
sic est luxuria. Si respectu apparentis mali hoc potest duplex esse. aut
mali interioris. et sic est invidia. aut exterioris et sic
ira. aut inferioris et sic est accidia. que refugit
malum carnis. Sed iste modus sumendi non videtur ...
...ens. omnis enim perversitas dicitur est respectu apparentis boni. Et ideo
est alius modus multiplicandi hanc perversitatem per diver
sitatem viciorum anime. quoniam perversitas. aut attenditur

ipsa vero respectu mali per se. aut per coniunctionem ad sensibile. aut
per coniunctionem ad vegetabilem. Si per se sic potest esse respectu
aut in comparatione ad deum. et sic superbia. aut ad proxi
mum, invidia. aut ad seipsum. et sic est accidia. Si
per coniunctionem ad sensibilem, sic duplex. quia quod duplex est modus
sensibilis videlicet concupiscibilis et irascibilis. Sic per coniunctionem
ad concupiscibilem. sic est avaricia. Si ad irascibilem,
sic est ira. Si attendit per coniunctionem cum vegetabili sic potest
esse duplex. aut quo ad generativam et sic est luxuria. aut quo
ad nutritivam, et sic gula, quo ad augmentativam
nulla est. quia illa est pure naturalis. Sed quoniam ... est spiritua
le peccatum, sic invidia et accidia. Ad hoc videtur quod iste
modus assignandi aliquid habeat inconveniens propter
tercio modo potest dici quod perversitas ad aliquid apparens bonum.
aut est respectu boni quod respiciat spiritum per se. aut respectu boni
quod respiciat spiritum in carne. Si respectu boni quod respicit
spiritum per se. hoc potest esse quadruplex. per quatuor condicio
nes boni ad quas pronus est appetitus noster. appetit
enim quis bonum sub racione dignitatis. et hec per superbi
am. sub racione [illegible] et sic est invidia. sub racione se
curitatis. et sic est ira, sub racione quietis. et sic est ac
cidia. Si vero sit hec perversitas respectu boni quod respicit spiritum
in carne. hoc potest triplex esse, secundum triplicem condicionem. sub qua
spiritus carnalis bonum appetit. aut enim appetit bonum
sub racione sufficiencie. et sic est avaricia. aut sub racione de
lectacionis, et sic est luxuria. aut sub racione refeccionis, et
sic est gula. Ex hiis sufficientia patet et unius viciorum ca
pitalium. non accipiuntur per oppositionem ad virtutes nec
ad omnia nec ad beatitudines. sed secundum perversitates respi
cientes condiciones boni apparentis. patet et quare penes
alios sensus non habentur capitalia vicia sicut penes gus
tum et tactum. quia in hiis regnat perversitas amplior quam
in aliis sensibus. Vel si delectaciones que fiunt in aliis sen
sibus, ad has reducuntur. ut potest si quis velit aspi
cere mulierem per visum ut in ea delectetur et concupiscat,
reducitur talis delectacio ad luxuriam. Similiter si aliquis
velit aspicere per visum equum vel librum ut ipsum habeat,
talis delectacio reducitur ad avariciam. Sic enim appetitus
spiritus carnalis quietatur, dum habet bonum sufficiens, dum
cupiscens et reficiens. non acquirit nisi propter hec tria. Item
queritur de hoc quod dicitur. Inicium sive radix omnis peccati sup
bia est. quia dicitur Eccli. super idem patet. Aristotiles. initium
peccati et primum in sipientia est. Ergo cum non possit esse pla
cidus in vicia pluralia videtur quod superbia non sit inicium
omnis peccati. Item obicitur quod magis obicitur ... quia
... ibi autem radix omnium malorum est cupiditas. Si tu
dicas quod hee duo sunt radices peccatorum per diversam comparati
onem. queritur tunc de diversitate radicum. et quare appellatur
nomine radicis. et quare dicatur sit unum capitale vicium

et radicem. Sed queritur que differentia sit inter initium et radicem. Ad quod dicendum quod differt dicere initium et radicem. Nam initium proprie dicitur a quo inchoat motus. Radix vero dicitur illud unde trahit fomentum et nutrimentum. Unde cum peccatum trahat fomentum ~~et nutrimentum~~, unde cum peccatum trahat nutrimentum ex parte appetitus, et dicitur radix. Hinc est quod initium attenditur ex parte aversionis, radix ex parte conversionis proprie loquendo. Et quoniam aversio est ratione contemptus, et conversio est ratione cupiditatis sive libidinis, hinc est quod superbia proprie loquendo dicitur initium, et cupiditas dicitur esse radix. Et quoniam in omni peccato est aversio et conversio, hinc est quod superbia dicitur initium omnis peccati et cupiditas radix omnium malorum, et simul possunt stare ista duo. Accipitur tamen aliquando nomen radicis pro nomine initii et econverso. Capitale autem vitium differt a radice in hoc quod sicut caput dicitur principale membrum et membrum completum et quod est principium aliorum quantum ad motum et sensum, sic capitale vitium notat peccatum completum a quo alia vitia oriuntur. Radix vero dicit aliquid sub maiori implicatione. Unde proprie loquendo radix non notat genus peccati determinatum, sed per privationem libidinis que convenit ad omne peccatum. Unde notandum quod radix aliquando accipitur generalissime, aliquando generaliter, aliquando vero minus generaliter. Generalissime ut cum dicitur: libido sive cupiditas est radix omnium malorum. Generaliter vero ut cum dicitur quod duplex est radix: amor male accendens et timor male humilians. Amor vero accipitur pro loco, timor vero male humilians. Non generaliter ut cum dicitur quod triplex est radix, scilicet concupiscentia oculorum et superbia vite, per comparationem ad triplex bonum, videlicet ad bonum inferius, exterius et interius. Conversio enim peccati triplex accipi potest secundum notam: aut propter desiderium alterius maiestatis, et sic dicitur superbia sive contemptus; aut alterius veritatis, et sic dicitur error; aut alterius bonitatis, et sic dicitur insipientia, que est contraria sapientie. Et sic patet quod non est contrarietas in hoc quod dicitur quod initium omnis peccati est superbia, et quod dicitur error et insipientia. Patet etiam quod non est contrarietas in hoc quod aliquando dicitur quod una est radix, aliquando quod due, aliquando quod tres. Patet etiam differentia initii et radicis et triplicis radicis et vitii capitalis. Et hec de generali distinctione peccatorum dicta sufficiant.

d. xliii. Post predicta quedam de peccati genere etc. Supra egit magister de distinctione peccatorum in generali. In hac parte descendit ad quoddam speciale genus peccati. Dividitur autem pars ista in partes duas. In quarum prima magister determinat de peccato isto comparando illud ad alia peccatorum genera. In secunda vero determinat de ipso quod sit secundum assignationem sanctorum, ibi: Sed queritur quid sit illud peccatum etc. Prima pars remanet indivisa. Secunda dividitur in partes tres, secundum triplicem assignationem peccati in spiritum sanctum. In quarum prima magister ponit assignationem unam per eius differentias magis notas, que quidem sunt obstinatio et desperatio. In secunda vero ponit eius assignationem per differentias minus manifestas, ibi: Est et alia huius peccati assignatio. In tertia vero subiungit istius peccati assignationem certam et diffinitivam, ibi: Illo quorum peccatum in spiritum sanctum diffinitivam assignationem etc. Prima pars dividitur in partes duas. In quarum prima determinat veritatem. In secunda dissolvit dubitationem, ibi: Sed queritur utrum omnis obstinatio etc. Similiter secunda dividitur in duas. In quarum prima ponit magister huius peccati assignationem. In secunda ponit huius assignationis explanationem, ibi: Illa tamen assignatio Augustini etc. Similiter tertia pars habet duas. In quarum prima ponit peccati in spiritum sanctum secundum ambrosium diffinitivam assignationem. In secunda vero removet dubitationem, ibi: Non itaque distinctio illa verborum sic accipienda est.

Ad intelligentiam huius partis incidit hic questio de peccato in spiritum sanctum, de quo secundum ipsius triplicem comparationem queruntur tria. Primo queritur de ipso in comparatione ad alia genera peccatorum. Secundo queritur de ipso quantum ad divisiones proprias. Tertio vero queritur de ipso quantum ad eius species et differentias. Circa primum queruntur duo. Primo queritur utrum peccatum in spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum. Secundo queritur utrum peccatum in spiritum sanctum comprehendat aliud distinctum preter actuale preambulum.

Circa primum sic proceditur, et queritur utrum peccatum in spiritum sanctum dicat genus peccati distinctum ab aliis generibus peccatorum. Et quod sic videtur. Primo per verbum magistri in littera: est quoddam peccati genus ceteris gravius et abhominabilius quod dicitur peccatum in spiritum sanctum. Item, sicut mortale et veniale faciunt diversa peccatorum genera, quia mortale non remittitur, veniale vero remittitur; sed peccatum in spiritum sanctum est peccatum irremissibile; quare videtur quod peccatum in spiritum sanctum sit aliquod genus ab aliis generibus peccatorum. Item peccatum in spiritum sanctum est peccatum procedens ex certa malitia. Si ergo peccatum ex certa malitia dividitur a peccato ex ignorantia et infirmitate, quare videtur quod peccatum in spiritum sanctum sit genus peccati distinctum. Item quod habet species distinctas preter a speciebus aliorum peccatorum distinctas, est genus peccati distinctum ab aliis peccatorum generibus. Sed peccatum in spiritum sanctum est huiusmodi, quoniam eius species sunt desperatio et obstinatio, invidentia fraterne gratie, agnite veritatis impugnatio, que sunt proprie species huius peccati, ita quod non aliorum; ergo etc. Sed contra: peccatum in spiritum sanctum sic dicitur

magis nulla est ad peccatum ad mortem. Sed omne peccatum mortale est peccatum ad mortem. ergo cum peccatum ad mortem sit generale ad omnia peccata mortalia, ergo et peccatum in spiritum sanctum. // Item peccatum in spiritum sanctum aut sic nominatur quia est in personam spiritus sancti, aut quia est contra id quod est appropriatum spiritui sancto. Si quia contra personam spiritus sancti, sed una est maiestas patris et filii et spiritus sancti, ergo omne peccatum quod est in spiritum sanctum est in patrem et filium, et omne quod est in patrem est in spiritum sanctum. ergo hoc modo est generale ad omne peccatum. Si secundo quia contra effectum appropriatum spiritui sancto, ut puta contra bonitatem et gratiam. Sed omne peccatum contra bonitatem et contra gratiam spiritus sancti est. ergo omne peccatum est peccatum in spiritum sanctum. // Item peccatum dividitur in peccatum ex infirmitate et ex ignorantia et ex malitia, ita quod peccatum ex malitia dicatur esse peccatum in spiritum sanctum. Sed peccatum ex ignorantia et peccatum ex infirmitate non dicitur speciale genus peccati. omne enim peccatum cuiuscumque generis ex ignorantia potest esse et ex infirmitate. ergo non videtur similiter quod peccatum ex malitia dicatur determinatum peccati genus. // Item omne quod quis facit ex ignorantia potest facere ex certa scientia vel ex industria. ergo si sit genus peccati potest fieri ex certa industria. videtur quod peccatum in spiritum sanctum circuit omnia peccatorum genera. non ergo videtur esse peccati genus ab aliis peccatorum generibus distinctum. Responsio. dicendum quod peccatum in spiritum sanctum dicitur genus peccati distinctum ab aliis generibus peccatorum ratione triplici, videlicet ratione principii, et ratione sui oppositi, et ratione actus substituti. Ratione principii quia peccatum in spiritum sanctum dicitur esse illud quod est ex certa malitia sive industria, ex qua non procedit omne peccatum, sed illud solum quod homo facit scienter. Ratione oppositi similiter distinguitur, quia cum triplex sit gratia, videlicet innocentie, baptismalis et penitentialis, peccatum in spiritum sanctum habet oppositam gratiam penitentialem et eam impugnat quantum ad suum initium et quantum ad suum terminum, sicut postea patebit, gratiam [illegible], et per actualia aliam impugnat gratiam baptismalem. Ratione vero actus substituti similiter distinguitur, cum peccatum illud sic impugnativum gratie et mali sit in ipso spiritu. peccatum in spiritum sanctum consistit esse actum ipsius spiritus, sicut patet in desperatione et obstinatione. Unde fornicatio et adulterium non potest aliquo modo dici peccatum in spiritum sanctum. ratione ergo sui principii sive oppositi, et ratione actus substituti, peccatum in spiritum sanctum est genus peccati determinatum, et ratione horum trium sic nominatur, ut dicatur peccatum in spiritum sanctum, videlicet ratione malitie a qua procedit, que directe opponitur bonitati appropriate spiritui sancto, sive ratione penitentialis sive finalis gratie quam privat, que est effectus appropriatus spiritui sancto, sive ratione actus spiritualis in quo consistit. Unde diffinite dicitur

peccatum in spiritum sanctum quod est in spiritu et est actus spiritus malignantis. et sic patet quod peccatum in spiritum sanctum est genus peccati ab aliis generibus peccatorum distinctum. et quomodo sunt rationes que ostendunt hoc. // Ad primum quod obicitur quod est peccatum ad mortem, dicendum quod peccatum dicitur ad mortem per similitudinem ad mortem corporalem. In morte autem corporali tria concurrunt, quorum primum est amissio vite, secundum est corruptio dispositionis ex parte corporis ad susceptionem anime, tertium est impossibilitas reparationis. [illegible] quantum ad primam conditionem dicitur peccatum in quo est amissio vite dicitur esse peccatum mortale sive ad mortem. quantum ad secundum peccatum in spiritum sanctum dicitur peccatum ad mortem, quia tollit dispositionem ad susceptionem gratie, quequidem consistit in susceptione penitentie. quantum vero ad tertiam conditionem peccatum illud dicitur ad mortem in quo quis concludit mortem. cum ergo dicitur quod omne peccatum mortale est ad mortem, et quod peccatum in spiritum sanctum est peccatum ad mortem, differenti modo accipitur peccatum ad mortem. // Ad illud quod obicitur quod aut dicitur peccatum in spiritum sanctum quia est contra personam etc., dicendum quod non dicitur peccatum in spiritum sanctum quia est contra personam, sed quia est contra appropriatum effectum; nec quia contra omnem effectum appropriatum, sed quia contra effectum principalem inter appropriata spiritui sancto. Hic autem est donum gratie finalis sive penitentialis et [illegible] quantum ad statum gratie finalis in qua consistit omnis gratie efficacia. et ideo non omne peccatum est contra effectum illum, et propter hoc non sequitur quod omne peccatum sit in spiritum sanctum. // Ad illud quod obicitur quod omne peccatum potest esse peccatum ex ignorantia et infirmitate, dicendum quod non est simile, quoniam ignorantia non determinat sibi aliquem actum neque infirmitas, et ideo non dicitur genus peccati determinatum. Sed sicut omnia peccatorum genera, similiter dicendum est de peccato quod est ex infirmitate. non sic autem est de peccato quod est ex malitia. Ad hoc enim quod sit peccatum in spiritum sanctum non sufficiet quod sit ex certa scientia et industria, sed requiritur determinatum genus quantum ad actum substitutum. // Ad illud quod obicitur quod omne peccatum potest fieri ex malitia, dicendum quod etsi malitia concurrere possit ad omne peccatum, non tamen semper facit peccatum in spiritum sanctum. Unde si aliquis senex qui non habet appetitum fornicandi excitaret carnem suam ut fornicaretur, non diceretur illa fornicatio peccatum in spiritum sanctum, licet eius illud peccatum committeret ex industria et quadam malitia. Cum ergo dicitur quod peccatum ex malitia est peccatum in spiritum sanctum, hoc solum intelligitur de illis generibus peccatorum que propter malitiam habent ortum, sive que invidentia fraterne gratie et impugnatio veritatis agnite.

Nota

non ex aliqua utilitate vel delectatione quam possit habere ex peccato illo, sed solum ex corruptione voluntatis qua malum placet.

credo quod omne peccatum in spiritum sanctum habeat aliquod peccatum praeambulum. Et quia sicut dicit magister in littera, quod peccatum in spiritum sanctum est peccatum desperationis vel obstinationis. Sed nullus desperat vel obstinatur nisi per aliquod praecedens peccatum. Ergo videtur quod semper aliquod peccatum sit praeambulum ad peccatum in spiritum sanctum. // Item peccatum in spiritum sanctum vel est finalis impoenitentia vel habet semper annexam finalem impoenitentiam, quemadmodum dictum est de se. Sed impoenitentia non est nisi respectu peccati praecedentis, sine enim peccato nec poenitentia. Ergo numquam est peccatum in spiritum sanctum quin habeat aliquod peccatum praeambulum. // Item peccatum in spiritum sanctum est peccatum procedens ex certa malitia. Ergo necesse est quod antequam homo peccet peccato in spiritum sanctum, necesse est esse aliam culpam praeambulam. // Item dicitur quod nemo repente fit summus. Ergo videtur quod et in malis nemo statim labatur in profundum. Sed per istud peccati genus labitur homo in profundum vitiorum. Videtur ergo quod istud peccatum semper habeat aliquod praeambulum quod disponat ad ipsum. //

¶ 9º Sed contra. Tria sunt nobis inflicta, sicut dicit Beda, propter peccatum primi parentis, videlicet infirmitas, ignorantia, malitia, et concupiscentia. Sed possibile est quod homo primo peccato peccet peccato ex ignorantia et ex infirmitate. Ergo similiter possibile est quod primo peccet peccato quod ex malitia procedit. // Item quaecumque peccatorum genera sunt diversa, possibile est peccare peccato uno absque alio. Sed ergo peccatum in spiritum sanctum est distinctum peccatum ab aliis generibus peccatorum, possibile est aliquem peccare illo genere peccati et si non praecesserit aliquod peccatum. // Item impugnatio veritatis agnitae est hic peccati species. Sed ita bene potest quis impugnare veritatem agnitam sicut et veritatem ignoratam. Ergo videtur saltem quod ad illam speciem absque alio peccati genere committi possit peccatum in spiritum sanctum. // Item peccatum in spiritum sanctum consistit in actu spiritus. Sed magis praecedit actus spiritus carnis ex actu spiritus quam econverso. Ergo similiter potest peccare peccato carnis nullo alio peccato praecedente, pari ratione, immo multo fortius, videtur hoc esse verum de peccato in spiritum sanctum. //

¶ 2º Propter quod dicendum quod de peccato in spiritum sanctum differenter est loquendum secundum eius species differentes. Quaedam enim sunt species peccati in spiritum sanctum quae nullo modo possunt esse absque peccato praeambulo, sicut sunt obstinatio, desperatio et finalis impoenitentia; ista enim respiciunt peccatum praeambulum quasi materiam circa quam sunt; nec enim desperat de venia nisi qui commisit culpam, nec obstinatur in malo nisi qui fecerit malum, nec impoenitens est nisi qui habet unde poeniteat. Sunt et aliae species peccati in spiritum sanctum quae quandoque possunt esse absque peccato praeambulo, pro eo quod actus ipsarum non respiciat de necessitate peccatum, sicut est impugnatio fraternae gratiae et impugnatio veritatis agnitae. Similiter est et praesumptio de impunitate. Potest enim quis sine gratia invidere et veritatem agnitam impugnare et de impunitate praesumere etiam si nulla actualis culpa praecesserit. Et hoc propter libertatem voluntatis quae in

volendo

subuersione [illegible] quod sic homo aliquando bene scit aliquid
et tamen affectio eius contrariatur ut ad extimationem oppositi
pertrahat ipsum. et per hanc viam respondendum est ad illa
duo que postea obiciuntur. non enim concluditur quod despe
ratio tollat fidem quod defectus est duplicis conditionis
sicut dictum est. Quamuis autem desperatio non tollat fidem
simpliciter non tamen plus ledit fidem per desperationem quam per
odium vel contra ad peccatum quod non sit ei directe oppositum.
In fide enim sunt tria. videlicet ipsa credulitas et habilitas
tendentis in deum. et ipsa tendencia. primum est quasi trans
ciens quasi semen. et tercium est quasi fructus. primum tollitur so
lum per infidelitatem. secundo uero tollitur per desperationem
quod efficitur homo inhabilis ad tendendum in deum. tercium uero to
llitur per omne peccatum // Item quod dicitur quod dicit quod
peccatum in spiritum sanctum est in tollis quod sit per infirmitatem
Dicitur enim hoc uirtute tunc omne peccatum est peccatum in spiritum sanctum

quia cum posse peccandi potius fit in potentia quam posse. hec ipsa quo
aliquis potest peccare. per defectum et infirmum est // Item
si peccatum in filium est per ignoranciam sicut ipse sub
iungit. cum omnis peccator sit ignorans sicut uult philosophus
uidetur quod omne peccatum sit in filium. ergo nulla est illa distinctio
peccatorum // Ad hoc dicendum quod cum dicitur peccatum est ex infir
mitate et ignorancia non accipitur hic quecumque infirm
itas et quecumque ignorancia. Set infirmitas quedam
est excusatione et ignorantia quae est per aliquam constrictionem facultatis
tatis non culpe et hec modo talis infirmitas non
est in omni peccato nec talis ignorantia quamuis largo modo accep
ta ex infirmitate procedat omne peccatum et ignorantia. ex quadam neg
ligentia et experientia practica siue speculatiua non omni pec
catum per se. Sciendum est quod qui diuidit peccatum per
has duas quod id dicitur peccatum ex infirmitate quod procedit
ex ipsa inconsideratione. et solum ex ignorantia et malicia
sic iste tres differentie non conueniunt in peccatum idem et sic
patet obiecta. et sic sufficiat de ista distinctione quae
supra questitum fuit de hiis .d. xxij. ubi illa distinctio ponitur
et manifestatur.

Ostendit peccatum consideratur dignum etc. Hic magi
ster qualiter peccatum habet ortum a uoluntate in generali
et speciali. In hac uero parte determinat unde habeat ortum
posse peccandi. et hec pars durat usque ad finem libri. di
uiditur autem pars ista in partes .iiij. In quarum prima
querit magister unde sit posse peccandi et determinat quod
posse peccandi non est a deo secundum quorundam opinionem. In
secunda uero parte ostendit quod omnis potestas est a deo pluribus auctoritatibus
ibi. Set pro hoc sanctorum testimonijs etc. In tercia uero
parte determinat quandam dubitationem que ex precedentibus habet ortum.
videlicet utrum aliqui potestati sit resistendum .i. hic
oritur questio non transiliendi. ubi determinat quod alicui est obe
diendum. alicui resistendum. In quarta uero et ultima
continuat magister dictam doctrinam. ut ex hoc libro ad libri
tercium transeat ibi. iam nunc illud intelligendis atque pertra
ctandis etc. Et possit hic particula ultima diuidi contra
totum precedens. Set causa breuitatis non fuit diui
sa. hec enim minuciae diuisionum plus habent curiositatis
tis quam utilitatis et ideo eas in precedentibus pretermisi.
Dificilis autem hic predicta determinatio questio circa
primum quod unde habeat ortum potentia peccandi. Secundo
uero quod unde sit in homine potentia peccandi principaliter siue
demerendi // Tercio quod determinatur sub quibus potestatibus
presidentibus // Circa primum queruntur duo. primum utrum posse
peccandi sit in homine a deo uel a se ipso // Secundo quaeritur
utrum posse peccandi in quantum huiusmodi sit bona an mala
Circa primum sic proceditur. et quod utrum posse peccandi
sit in nobis a deo. Et quod sic uidetur per auctoritatem au
gustini prius. et magister adducit illam. nocendi uoluntas

per se ab homine a Deo. potestas autem non nisi a Deo. Sed volun-
tas nocendi que est hominis a se ipso non est, nisi per nocu-
mentum quo quis peccavit. ergo si illius causa est a Deo,
videtur quod potestas peccandi sit a Deo in ipso. Item Philosophus
in Topicis: potest Deus et studiosus prava agere. Sed omne
in quo convenit homo cum Deo, quod habet a se ipso tanquam acci-
dens proprium. Si ergo in potentia peccandi homo cum Deo convenit, videtur quod
potentiam peccandi a Deo accipiat. Item omne id quod
attestatur nobilitati nature, non enim reperitur potentia nisi in creatura
rationali, que est nobilissima omnium creaturarum, ergo videtur quod potentia
peccandi sit in homine a Deo. Item omne illud quod
facit ad amplificationem laudis a Deo est, et est in homine ho-
nor et laus. Sed posse peccare facit ad laudem viri
iusti, quia dicitur Ecclesiastici xxxi: qui potuit transgredi et non
est transgressus, et facere mala et non fecit. ergo videtur quod
posse peccare sit in homine a Deo. Item potentia peccandi
aut est inclinatio mali prout quod est a Deo, aut prout quod est
ex nichilo. Si primum, quod est a Deo, habeo propositum, scilicet quod
talem potentiam homo a Deo accipiat. Si prout quod est ex nichilo, ergo
cum omnis creatura sit ex nichilo, omnis creatura habet potentiam pecca-
ndi. Si ergo hoc est simul verum etc. Sed contra: peccare
est deficere, sed posse deficere est non posse et privatio
potentie. Si ergo privatio et defectus potentie non est a Deo, videtur quod potentia
peccandi non sit in homine. Sed per a se ipso. Item ab
eodem principio sunt actus et potentia. ergo si peccatum non est a Deo, nec
aliquo modo, ergo nec potentia peccandi in homine est a se ipso. Item
gratia est perfectiva et salvativa nature. Sed per gratiam aufertur
potentia peccandi. Si ergo gratia non aufert quod addit Deus, videtur
ergo quod potentiam peccandi homo a Deo non accepit. Item
potentia peccandi est potentia faciendi contra Deum. ergo potentia peccandi
in quantum huiusmodi adversatur divine potentie. Si ergo divina potentia non contra
se facit, videtur ergo quod a se ipso non sit potentia peccandi. Item
omne quod est in homine a Deo habet exemplar in Deo. Sed potentia pe-
ccandi in quantum huiusmodi non habet exemplar in Deo. in potentia enim
quod dicitur peccare, sicut in pluribus locis Augustinus ostendit, et in potentia
est et defectus, habet exemplar in Deo. Si ergo homo, secundum potentiam pe-
ccandi, Deo non assimilatur, immo potius assimilatur dyabolo, et Deo
id quod homo habet a Deo habet in ipso exemplaritatem et similitudinem,
videtur quod potentia peccandi nec in homine non habeat a Deo causam
et originem. Respondeo dicendum quod cum dico potentiam peccandi,
duo dico: et dico aliquam potentiam, et dico potentiam ad ta-
lem actum ordinabilem. Si ergo loquamur de potentia pecca-
ndi, quod potentia est, cum illa potentia sit libertas arbitrii, sic absque du-
bio a Deo est. Si autem loquamur de ordinabilitate illius potentie ad
peccatum, tunc dicendum est quod, sicut peccatum aliquando accipitur abstrac-
te, aliquando concrete, aliquando enim nominat actionem deformem,
aliquando ipsam deformitatem, sic duplex est loqui de illa or-
dinabilitate ad peccandum, aut ratione deformitatis, aut ratione
actionis substracte. sic tamen deordinabilitas a
[si ratione actionis substracte]

Deo est, sicut in actu substracta. potest tamen aut loqui
nunc de ordinabilitate illa ratione deformitatis, sic autem illa deformi-
tas non a Deo sit, quia privatio et defectus talis ordinantis, non
aliud est quam defectibilitas predicta. sicut defectus deformita-
tis non est a Deo, sic nec tamen defectibilitas est a Deo. Sed est
in ipsa creatura rationali, quia quod ex nichilo. Sic ergo potentia pecca-
ndi uno modo concedit esse a Deo, alio vero minime. Et
propter hoc emergunt rationes ad opposita partes. Et in diverse
fuerunt opiniones, etiam sicut magister dicit in littera. Quidam
dixerunt quod potentia peccandi non est a Deo. alii vero dixerunt
quod potentia peccandi a Deo est. Quod nititur probare magister multis
auctoritatibus. ille autem auctoritates non valent ad hoc concludendum,
dummodo accipiatur potentia peccandi pro eo quod est sumptum ratione actus
a Deo est. quia hoc modo continet sub genere potentie. Si autem quod potentia
peccandi consideratur in comparatione ad ipsam deformitatem, sic
non est in genere potentie, immo potius in impotentie. Sic enim non nominat in
potentiam potentiam, sed defectum. Et sic non se ipso potest
facere. ergo ut prius. Sic non sequitur isto modo, quod omnis
potestas a Deo est, ergo potestas peccandi a Deo est. Et in isto modo lo-
quendo dicit Anselmus, quod potestas peccandi non est libertas, nec
pars libertatis. Et hoc modo procedunt rationes ostendentes
quod potestas peccandi non sit in homine a Deo. Et ideo concedende sunt.
Ad illam vero quod obicitur de potentia nocendi, quod est a Deo, quamvis
voluntas non sit ab ipso, dicendum quod Augustinus verbum facit in verbo
illo, sumit ipsam potentiam quam percipit, et actualem ordinationem
illius potentie quam cum percipit, et vult dicere quod ipsa potentia a Deo
est, quamvis ipsa ordinatio ad peccatum ab ipso non sit, quia
potius est deordinatio quam ordinatio. Et ideo ex hoc non habetur
nisi quod potentia peccandi pro eo quod est a Deo sit, sed autem quod est ad
peccandum non potest elici. Quod illa auctoritas, quod sit a Deo, immo
potius oppositum, quia potentia peccandi non pervenit in peccatum nisi in-
mediante voluntatis deordinatione, quam a Deo esse negat auctoritas
in predicta auctoritate. Ad illud verbum Philosophi, quo dicit quod
Deus et studiosus potest prava facere, exponunt quidam
quod Philosophus intellexerit de malo pene. Sed hoc plane re-
pugnat consequenti textui. Et ideo cum sacra scriptura dicit et
rationis expositores concordant, quod nullo modo potest peccare,
sic nec mentiri, nec se ipsum negare. Dicendum est quod illud ve-
rbum Philosophus non habet veritatem. Nec credo ipsum constituisse ma-
gnam vim in verbo illo, pro eo quod dixit hoc solum exemplifi-
cando et per transcursum. Textus suus satis sufficiebat ad
propositum propter quod in qua habet veritatem propositio, videlicet quod stu-
diosus potest mala agere, licet hoc non sit in quantum studiosus,
sed in quantum potest a virtute deficere. Ad primum quod obicitur, quod potentia pe-
ccandi attestandi nobilitati nature, dicendum quod hoc non est ratione
sui, sed quantum dicitur ordinem ad defectum. Sed in quantum dicit ordi-
nationem ad actum substractum. nam nullus actus est de-
formatus per privationem quia procedit a potentia deliberativa,
quam nobilis est, quia sola illa est informabilis perfectione

Marginal notes (left, top): in malo ... studiosus ... agere.
Marginal notes (left): potentia peccandi attestatur nobilitati nature.
Marginal notes (right): Potentia peccandi ... duo continet, scilicet potentiam et ordinem ad peccandum; primo a Deo est, secundo defectus, qui a Deo non est ... dicatur vel ex nichilo.
Marginal note (foot): Conexio ordinis quod regula est: Si medium est a Deo et ultimum a medio, ergo ultimum a Deo ... Talis expositio ... exemplar.

po^a pec(c)andi uel peccati attestat nobilitate accidens

ut dd. q attestatu nobilitati e dupl. aut p se aut p actus. sicut dic aug. q dolor boni a missi testis e n^c bone. ad illud q ob. q fac ad ampliationem laudis. dd q sic unus omdabilior redditur et po exercitus. sic po bnfaciendi omdabilior redditur et po malefaciendi. non q unicam ad addat boni unitis. n po defiaendi ad addat po bnfaciendi. Sz q expsencia opp magis in sua claritate bonitate clarescat. Sic mag appet innocentia hois. q po male faci et no uult. q si no possim uelli et io laudatur. uir. it in hoc. q potuit male faci et no fecit. hoc e laudatur in hoc q fecit bonu et no fecit malu. cu possi et ita q laus ecrnli respiciat h q e faci bonu. hoc aut q e posse pecare no respiat nisi p actus. vn coscepta po faciendi malu si bonu faciet uoluntate adhuc laudant. ad e q q uti po peccandi in sit cause ado. ut ex nichilo. dd q bone actus subtituenti q e act deliberatiuus. in e ei ado. ioo uo defeus. et est ei ex nio. et hinc e q po peccandi no repit in oi creatura. q bone i pfcionis. no repit i creatura h q no p ica ex iuuali. pro q no pot in eo e actus deliberatus. ideo uo eidem pfcionis n repit i creatura. q no pot i ea e defee. to suo creatoi e omit ta. et sic po peccandi quoda mo tollit pgrat. quoda mo religt. quoda m e ipa libtas. quoda mo minuit libtate. quoda m e po. q quoda m d^r poina quoda m puoni. no cui q uti sit ado. no e bon crand. sup^r. Sz p pocz dillicteg.

Tolle

et quam ipso

Cons q utru po peccandi h q ha sit mala. et q sit mala i q ha. usi po peccandi n e aliud q uoluntas. Sz uoluntas peccandi e mala. g po peccandi e mala. fm q hui. It cui usus malus in pn quoz malu e. sic e usus boni e a pn bon. Sz usus po peccandi e peccare. et peccare e malu. g peccandi mala. It sicut se h po bnfaciendi ad bon. ita se h po malefaciendi ad mal. Sz ois po bnfaciendi m q ha e bona. g po malefaciendi i q ha e mala. It vna qq po oplectio e qn e suo actu oiuncta. Sz po malefaciendi dic e oiuncta actui malefaciendi mala e. g simmus oplectam e qn e sepata ab actu. g ur q et sepata ab actu mala sit. It po malefaciendi. au e bona. aut mala. si est bona. et oime bonu e mo et ado. g ur q po malefaciendi i q ha sit ado sit i mo. ur quoz ut q fm e a intat g q po peccandi sit mala. Sz q si po peccandi e mala. g potens peccare e malus.

po

¶ 9

Sz iustus et sanctus h peccare. g e ius et scs est malus. Itm si po peccandi e mala. aut g malo pene. aut malo culpe. malo pene no. q illud sequitur malu culpe. malo culpe no. q culpa sequit peccandi poam. in pmo hoi et angli peccare potuit q peccauit. It si po peccandi e mala. aut g malicia q fecit. aut malicia que fca e i ipa. malicia q fecit no oz. q multi possut malefacere q no faciunt n fecerut. si malicia q fca e i ipa. Sz g aug. ili. lxxiiij. q pbat. q nullo alio actore pot ho fi malus n se ipo. g no ur q po peccandi q e de se mala sit. It no seq iste p adultari. g e adulter. g no sequit iste p malu facere. g e malus. Sz si po malefaciendi est mala necio sequit ad ipam est mala. g et c. Iuxt hec q. vn h e q vo^{tas} malefaciendi e mala et po malefaciendi no d est mala. Os q pp quid uo^{tas} peccandi no d uo^{tas} sic po peccandi d i po. Ur. n. q mag. Si uo^{tas} peccandi maiore dr appxiacione ad pcm defcm. q po d peccandi mag ur q debet eade appxione. ut uo^{tas} peccandi dicitur uo^{tas} magis q po peccandi dicat i po. R. dd. q sic po po io no d actuale ordiacz et effcm. Set solu hitual. uo^{tas} uo dic actuale ordiacz. Sic et i malicia i tellitdu e et q po no d actualem ordiacz addetfcm. Sz po hituale s n no d aliqs hz pom malefaciendi. q actualit tendat ad mala. Sz q p tende i malu. uo^{tas} au actuale ordiatoz d. no .n. d iste uult malu. n actualit tendat i malu. sicut .n. dm fuit i po uo^{tas} e appximatiua ipi pot ad agendu. et io q oime malu d aliq defcm p sente. i eo q e e io deqno definic e q vo^{tas} peccandi mala e. et uelle peccare e malu. po at peccandi posse siue peccare no d e mala. Concede sut g rones oftendetes q po peccandi i q ha no e mala. ad illud u q p ob i ouz suo. dd q illud no uz. q uo^{tas} malefaciendi plus pot q po malefaciendi dicat .n. actuale ordiacz ad malu sil'ut pp dicta actuale ordiacz. vn sic an i n ualz. uelle malefacere e malu. g posse malefacere e malu et i ualz q obie. q po malefaciendi no e a q uo^{tas} q uis .n. no sit aliud alio tn mo i ptatur fi maiori elogace. i mal tero uo i maiori appxiatae. et io e soph p actus sic hic peccand uolutas q distat a malo. et q

appropriatur malo. ergo si mala est, per se est appropriata
ex parte ad malum. Similiter mala est per se distinctio,
assignatur enim habitudo ad subiectum accidenti et actui subiecte
in esse. Ad primum quod obicitur quod usus potentie peccandi in quo
habitus est malus. Dicendum quod illa maior est illi consimilis: adquisitio
virtutis que est contraria est ex proprio ordinata. Sed potentia peccandi
non ordinatur nec contrarie distincte nec ex proprio ad actum peccan-
di. Propter eo quod illa eadem potentia est ad oppositum et ad suum oppositum
ordinata generaliter; prius autem ordinatur per accidens. Unde
ad oppositum potentie est eius usus, et potentie eius abusus. Et ideo
hoc
non sequitur quod si peccare sit malum, quod ipsa potentia pec-
candi in qua habitus sit malum. Ad secundum quod obicitur quod in bonis
potentia bene agendi est bona. ergo etc. Dicendum quod non est simile, quia
in bonis bonitas actus est a bonitate potentie. Unde
consuevit dici: Si non quia bona facimus boni sumus,
non sic autem est in malis, immo econtrario: quia mali facimus
mali sumus. Et ratio huius est, quia quamvis potentia non possit
se per suum actum perficere, potest tamen se per suum actum
deordinare et deficientem facere. Unde hec non tenet ad
dicendum opus sit bonum opus, quantum ad rationem
merendi. Sic potentia super potentia quantum ad rationem demerendi.
Ad tertium quod obicitur quod completior est potentia cum est suo actui
coniuncta. Dicendum quod verum est de actu ad quem ordinatur
simpliciter. Sed non est verum de eo ad quem ordinatur per accidens,
maxime cum actus ille plus teneat rationem defectus quam
effectus, sicut est. Non magis deordinat quam perficiat quod
est in potentia peccandi per actum peccandi. Non magis
hic
recedit potentia ad complendum a complectione in hoc quod per-
ficitur, quam ideo quod potuit peccare. Ad quartum quod potes-
tatem compositum potentia peccandi sic bona sicut mala, dicendum
quod si dicatur potentia peccandi, qua quis potest peccare, absque
dubio bona est et a Deo est. Similiter si dicatur potentia pec-
candi ordinata ad actum pro subiecto tali et tali, est
a Deo. Si autem dicatur potentia peccandi ipsa potestas
deficiendi, hec enim non debet dici bona nec mala, sed
tamen non debet dici, quia non dicatur a Deo eius. Et hec est ratio
entis, quia non habet rationem boni nec mali, non debet dici,
propter quod non dicatur propter rationem alicuius boni naturalis in esse. Et
non dicitur actualis defectus, sed habitualis. Unde ta-
lis potentia non debet dici potentia mala, vel deficiens. Sed
potentia defectiva. Non est ista potentia. Sed in potentia. Unde sic non
posse videre in lapide non est bonum, nec est malum,
quia non dicatur privatio alicuius boni naturalis in esse. Sic
intelligendum est de potentia peccandi in creatura rationali, sed
quod potentia peccandi dicat defectibilitatem, que inest ei ex eo
quod creatura est, sicut quod ex nichilo habet esse. Ex hiis patet responsio ad
tertium quod ultimo obicitur, quod videlicet voluntas peccandi
dicitur esse mala, et tamen non sic potestas. Hec enim est ratio,
quia voluntas est cum inmediata conspiratione ad actum, que est de-

vacat

[…]tate procedit magis autem peccandi potentia debet in ipso quod
voluntas peccandi dicatur non, propter quod nomen potentie
actus in positum est a potentie et complemento et non per naturam
diminuit de ratione potentie. Cum dicat defectum, sic non
tamen diminuit de ratione hominis. Non autem voluntas in posi-
tum est ab voluntate et complacentia et quia potentia est placi-
tum et committi habet per illud actum. Hinc est quod quamvis despici-
entia voluntatis, tamen non diminuit de ratione voluntatis, quia non
habet ad ipsam repugnantiam secundum quod sic nominatur. Et propterea
velle peccare velle est, posse autem peccare non est pos-
se. Et ideo dominus fuit in ipso libro, quod deus est omnipotens,
et tamen non debet omnia volens.

Consequenter queritur de potestate presidendi. Et circa hoc que-
runtur duo. Primo quod utrum omnis potentia dominandi
sit a Deo. Secundo quod utrum potestas dominandi sit a Deo
secundum institutionem, vel autem secundum peccatum culpe.

Circa primum sic proceditur et quod utrum potestas domina-
ndi sit a Deo. Et quod sic videtur. Io. xix. Non
haberes in me potestatem nisi datum esset tibi desuper, dixit
dominus Pylato. ergo si potestas Pylati super Christum
erat a Deo, et tamen minime videbatur quod super ipsum deberet
habere potestatem. ergo videtur quod multo fortius omnis potestas
talis a Deo est. Item expressius Ro. xiii. Non est
potestas nisi a Deo. Et constat quod ibi loquitur de potestate
presidendi. ergo etc. Et iste due auctoritates sufficiant
quia plures alie adducuntur in libro. Item hoc ipsum
videtur ratione potestas presidendi. ergo etc. Et iste due
auctoritates sufficiant dicere potentiam in intellectu et omne
tale dicit potentiam aliquam. Sed omne quod dicit potentiam ali-
quam a summa potentia est. ergo omnis potentia presidendi a Deo est alio-
quin quis perit. Item omnis pena a Deo est. Sed ab
eodem a quo est victus, ab eodem est dominandi potestas.
ergo omnis potestas dominandi est a Deo. Contra. Osee viii. Ipsi
regnaverunt et non ex me, principes extiterunt et non
cognovi. ergo videtur quod talis presidentia malorum non sit a
Deo. Item nec iniustum est a Deo. Sed multi iniuste dominan-
tur aliis. ergo videtur quod non omnis potestas sive dominium in homi-
nibus sit a Deo. Item nichil inordinatum est a Deo. Sed cum
stultus preficiatur sapienti et malus bonis, hoc est in-
ordinatum. ergo non videtur esse a Deo. Item nichil quod est contra
iustitiam est a Deo. Sed potestas dominandi in homines est contra ius na-
turale, non est a Deo, quia maior maiestas est minori prelatione,
per illud quod dicitur in libro: Cum homines bella exorta sunt, et cap-
tivitates, et servitus, que sunt iuri naturali contraria. Item
nichil auferendum est alicui quod est ei datum a Deo. ergo si
omnis potestas, vel prelatio est a Deo, nulli auferenda est
prelatio vel potestas. ergo nullus prelatus vel princeps
esset deponendus quantumcumque malus. Item nichil quod habet causam
per donationem habet per usurpationem. ergo si omnis potestas

Margin (right, beside the question on whether all power of dominion is from God): q[uod] h[abe]t s[upe]r p[er]oc[at]o[rem] pene / [...] q[ui] i[n]fert penam / est a Deo

Resp.

[Margin: Dicendum quod sicut preceditur, ipse ordo quo ordinatur ipse superior ad inferiorem, et hic ordo a deo est, quam ipsum in se tenuit.]

est a deo collata, nulla est usurpata. Sed planum est quod multi multe potestatis usurpant. Ergo non omnis potestas a deo donatur. Pro quo dicendum quod potestas presidendi dicitur esse illud per quod aliquis presidet et dominatur alteri. Id autem per quod presidet dupliciter potest dici. Uno modo dicitur ipsa virtus per quam quis prevalet alteri, et hec virtus absque dubio a deo est. Alio modo id per quod presidet dupliciter potest dici. Dicitur modus deveniendi vel permanendi ad hanc virtutis excellenciam, et sic intelligendo contingit quosdam presidere aliis ex iusticia, quosdam ex astutia, et quosdam ex violencia. Si quando autem preest quis aliis per iusticiam, tunc illa potestas dominandi simpliciter loquendo a deo est, et tam ex parte presidentis quam ex parte subiacentium. Si quando autem preest quis per astutiam vel per violenciam, tunc dicendum est quod talis potestas est ex parte inicium subiacentium comparata admittitur subiacentis, talis presidencia ita est a deo aut est ad bonorum probacionem, aut ad malorum punicionem. Si autem comparetur ad voluntatem presidentis, sic iniusta est. Et pro quo modo dicitur esse a deo facere et ordinare, ut in multis dicitur Job xxxiiii. facit regnare ypocritam propter peccata populi. Et Osee xiii. dabo eis regem in furore meo. Pro quo autem modo scilicet in comparatione ad voluntatem presidentis, sic dicitur esse a deo permissive, non autem approbative. Propter quod dicitur ipsi regnaverunt et non ex me; principes extiterunt et non cognovi. Concedendum est ergo quod omnis potestas presidendi secundum id quod est in se et quo ad id super quod est iusta est et a deo est. Et hec ostendunt iura et auctores que ad primam partem inducuntur et non concedunt. Concedendum est nichilominus quod modus deveniendi ad hanc presidenciam comparata ad voluntatem presidentis potest esse iustus et iniustus. Et secundum quod iustus est a deo est, secundum quod iniustus est a deo non est, quia nec nunquam est ita iniustus ex una parte, quin sit iustus ex altera. Et ideo de nulla potestate presidendi dici potest quod non procedat a deo. Ad illud ergo quod primo obicitur quod dominus dicit quod regnaverunt sed non ex me. Dicendum quod non est ibi negatio absoluta, sed voluntatis antecedentis et voluntatis approbantis. Dominium malorum potest esse a deo iudicante, quod sit a deo acceptante cum meis ultio, ut dicitur etc. [illegible] Iniquitatem dominatur homo homini in malum suum. Ad id quod obicitur quod nichil iniustum est a deo, dicendum quod verum est secundum quod iniustum. Quamvis autem potestas dominandi iniusta sit forte ex parte comparata ad voluntatem presidentis, semper tamen iusta est in comparatione ad meritum subiacentis, quia est ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, sicut dicitur i Petri ii. Ad illud quod obicitur quod aliqua potestas inordinata est. Dicendum quod etsi aliquo modo aliqua potestas possit esse inordinata vel ex parte, potestas tamen ipsa semper ordinata est, sicut dicit Gregorius in moralibus, quod timoris

[Margin: distinguendum]

[Margin: adulterii presidentis et hic comparari ad]

[Margin: Velle non dominari vel actu dominari per astuciam vel violenciam iniustum et malum, quia raro a deo non est. Sed adiutorio vel ab hominibus mali voluntate.]

[Margin: Vel dicendum quod non negat secundum se ab regnandi secundum id ad regnum ascendendi in regno dominandi in malum est, hic a deo non est.]

[Margin: Textus 8 — sed]

electione potestatis ordo sic exigente est per eum deus dedit electione potestatis mali non sine ratione invenit. Et si obiciatur quod inordinatum est, quia multi presunt sapientibus et mali bonis, et servi liberis. Dicendum quod etsi aliquid inordinatum appareat exterius, non latet pulcra ordinatio interius secundum divinum iudicium, quod frequenter est occultum, nunquam tamen iniustum. Propter quod dicitur Ecclesiastes x. vidi malum quod quasi per errorem egrediens a facie principis, stultum positum in dignitate sublimi etc. quasi dicat quamvis appareat in errore, magna tamen est ibi ordinatio, dum ex hoc mali puniuntur et boni purificantur. Ad id quod obicitur quod nulla potestas est a deo que est contra naturam, dicendum quod esse contra naturam dupliciter intelligitur: vel simpliciter, vel secundum aliquem statum. Cum ergo dicitur quod potestas dominandi est contra naturam, hoc intelligitur quod adversatur dictamini nature alicui statui determinato, quo quidem non est subito ut in statu presenti plato statu potestatis. Ad id quod obicitur quod nichil quod est a deo datum est auferendum, dicendum quod verum est si simpliciter ei dedit. Si autem solum ad tempus datum est, ut deus voluit dare, ita et voluit per ministerium humanum auferre. Hoc autem cognoscimus quod deus velit, quando videmus ordinem iusticie sic exigere. Deus enim dedit vitam latroni, et tamen videmus iuste illam auferri eo exigente hoc mandato iusticie, quo dicitur maleficum non pacieris vivere. Sic intelligendum est de hiis qui potestate nituntur, quia sicut contingit in talibus, tamen dominium quo presunt merentur amittere, qui concessa sibi abutuntur potestate. Ad id quod obicitur quod nulla potestas a deo collata est usurpata, dicendum quod verum est si totaliter detur a deo. Sed deus sic dat potestatem, quod frequenter homo cooperatur in ille potestatis adeptione, et cum iste operatur ad illius potestatis adeptionem, tunc dicitur dominari ex iusticia. Quando vero iniuste, tunc dicitur illa potestas usurpata, si qua non per deum, quamvis presit de facto, non tamen de iure, quia talis potestas non caret omnino ordine iusticie, concedendum est a deo et simul sunt secundum duo vera, per diversos respectus, videlicet quod eadem potestas sit usurpata et a deo collata absque aliqua repugnancia.

Consequenter queritur utrum potestas presidendi sit in homine secundum institutionem nature vel secundum punitionem culpe. Et quod secundum institutionem nature, videtur Genesis i. faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram, et presit etc. Si dicas quod hominibus plantis, id est bestiis, sed non homini, pro hoc non evadetur, quia ii. Cor. xi. caput mulieris vir. Sicut ergo caput presidet corpori et dominatur corpori, ergo vir, et per institutionem nature sit potestas dominandi in humano genere. Item angelis quod

[Margin: nota]

[Margin: [illegible] quedam ad [illegible] ratione [illegible]]

[Bottom margin: Ad quartum dicendum quod potestas dominandi, tamen quando dicitur secundum comparationem, secundum quod ordine superioris ad inferiorem, ut hic semper a deo est et bonorum et a deo que ordinacionem hic statuit ad vindictam malorum, laudem vero bonorum Romanos xiii. Quantum autem ad modum acquirendi, quia si bonus est et in legibus a deo est; sin autem a deo non est in se illum. Quantum autem ad usum, ut hic quod si bonus est, semper a deo est; sin autem]

peccati in natura et in gratia. non tamen in omni est ordo et gradus secundum existenciam naturalium. Sed in statu presidencie ostendo ergo uidetur quod dominium non repugnet condicioni status nature humane sic et angelice. // Item potestas dominandi est de perfectione dignitatis et nobilitatis. Sed si ad dignitatem competit nature lapse multo magis competit nature institute. ergo uidetur quod magis pertinebat ad statum nature institute potestas dominandi quam ad statum nature lapse. // Item generaliter illud quod est ad conseruationem ordinis naturalis pertinet est in statu institutionis. Sed potestas presidendi pertinet ad conseruationem ordinis naturalis. ergo potestas presidendi inesset homini ad statum institutionis nature. maior manifesta est. minor probatur. primo quod dicit augustinus xix. de ciuitate dei. principaliter seruitus ea lege ordinatur que naturalem ordinem conseruari iubet et perturbari uetat. Sed ad idem ordinatur potestas dominandi et principalis seruitus. ergo etc. // Sed contra. glossa. omnes homines natura equales fecit. Sed per uarios meritis alios aliis occulta dei dispensatione. Sed iuxta propositum ergo uidetur quod correctio et prelatio non sit in homine secundum constitutionem nature. // Item augustinus xix. de ciuitate dei. rationalem hominem ad ymaginem dei factum dominari uoluit deus non in hominem. ergo si potestas presidendi et dominandi est in uno homine respectu alterius etc. // Item ratione. Sed ipsum uel libertas inest homini generaliter. Sed potestas dominandi est libertatis impeditiua. ergo uidetur quod sit contra naturam. quod autem libertas contra sit et potestatem presidendi habet impedimentum manifestatur; quia libertas sicut patet diffinitione libertatis est naturalis potestas que permittit homini facere quod uult. // Item homo secundum suam partem condicionem factus est ad dei ymaginem. Sed ymago est ymago dei naturaliter est immediate formata a deo. ergo si solus deus potest maior est. ergo secundum naturam non est super hominem nisi deus. ergo nullum dominium in homine est secundum nature institutionem nisi solum diuinum. // Item non est dominus seruo suo. ergo non dominium sed seruitutem. Sed seruitus est introducta propter peccatum sicut in pluribus locis dicit augustinus. ergo uidetur quod potestas dominandi in homine sit pro conditore aut pro ... non secundum statum nature. // Item in glossa figuratur hominum iniquia detrahens. et natura seruabit secundum quod ... dei ... uult augustinus. Sed in statu glorie non remanebit dominium prelationis et subiectio seruitutis. ergo non uidetur hoc in natura humana secundum quod instituta sed secundum lapsa et uiciata. Responsio dicendum quod potestas dominandi uel presidendi triplex dicitur. scilicet largissime, communiter, et proprie. largissime dominandi potestas dicitur ... omnis ... quod homo pro adlibitu et uoto ... Et hoc modo dicitur homo esse dominus ad possessionem suarum siue mobilium siue immobilium. Alio modo potestas presidendi siue dominandi dicitur excellentia potestatis et imperii

et imperandi qui est capax rationis et precepti. // Tertio modo potestas dominandi dicitur potestas coercendi subditos. et hec potestas dicitur quedam arctatio libertatis. et talis potestas dominandi dicitur proprie dominium. cui opponitur seruitus. // Primo modo potestas dominandi communis est omni statui. uidelicet statui nature institute et nature lapse et in gloria; sed excellentiori modo fuit in statu nature institute quam sit in statu nature lapse. // Secundo modo competit statui innocentie et statui nature institute sicut et statui nature lapse. Si enim homo stetisset. et uir potuisset imperare uxori et pater potuisset imperare filio. et hoc reperitur etiam in angelis, quia omnes sunt administratorii. quia ex illa parte aliquo modo sunt in statu uie. hec tamen presidencia non manebit in gloria sicut in precedentibus ostensum fuit. // Tertio uero modo potestas dominandi in homine est solum per statum lapse nature. in quo enim ei subiectio per seruitutem non secundum nature institutionem. et hoc quia seruitus est contraria sicut dicunt sancti est pena peccati. et quia isto modo loquimur hic de potestate dominandi ideo concedende sunt rationes ostendentes quod talis potestas non inest homini secundum primariam suam condicionem siue secundum statum nature institute. // Ad illud quod obicitur in contrarium ... et ... ij. corinthiis iam patet responsio. procedunt enim de potestate presidendi accepta primo modo et secundo. tertio. similiter natura ... sit uiro quedam in interiori ... in ... seruus. non quia non est creata ut esset ei in adiutorium ut famula sed ut socia. hinc est quod genesis dicitur caput eius. non tamen dicitur dominus. quia ipsa non est ancilla ipsius. unde super dicit magister. d. xviij. quia mulier ad equalitatem fuit condita. ideo fuit formata de latere non de pedibus uel de capite ut uir uideret esse sociam non dominam uel ancillam.

// Ad primum quod obicitur quod plato est in angelis iam patet responsio. quia quamuis unus presidat alteri et imperet alteri et auctoritatem habeat super alterum imperandi ei aliquid quod pertinet ad officium ministerii. tamen unus angelus non dicitur seruus alterius angeli et ideo exhoc non concludit quod potestas dominandi secundum quod ei contrariatur seruitus sit in hoc secundum conditionem nature. // Ad secundum quod obicitur quod dominium est perfectionis dignitatis, dicendum quod etsi sit perfectio dignitatis in eo qui presidet in dignitate tamen dignitate dicitur in eo qui sub est. et ideo naturaliter secundum conuenit homini uel alterius creature in filiis autem altius hominis non conueniret naturaliter. Sed quodammodo in parte naturali. Sed uidelicet in penitentia peccati. sicut enim dicit ambrosius. seruitus introducta fuit propter peccatum ebrietatis. // Ad tertium quod obicitur quod dominium et seruitus facit ad conseruationem ordinis naturalis. dicendum quod est ordo qui respiciat naturam secundum omnem statum; et est ordo qui respiciat naturam secundum statum sue conditionis; et est ordo qui respiciat naturam secundum statum sue corruptionis. et secundum hoc quedam sunt dedictamine nature simpliciter quedam de dictamine nature secundum statum nature institute quedam uero secundum statum cum esse grandium honorandi dicitur non secundum natura lapse

(oem) statum omnia esse communia dictat secundum statum institute
. a deo esse; propter statum dictat post statum post lapsum.
ad removendas contentiones et lites, sicut omnes homines
esse servos dei dictat non secundum omnem statum; hominem
non dictat esse in hominis statum sine preceptis conditionis,
homines autem homini subiceret, homines hominis familiarem.
dictat secundum statum corruptionis, ut mali compescantur
et boni defendantur [illegible] venit hic divina coher-
cio malorum propter corruptionem que in statu [illegible]
tamen opprimeret, et sic homines vivere non possent.
non sic autem esset si homo permansisset in statu innocen-
cie [illegible] in statu suo maneret et sic
patet quod illa ratio non concludit quod servitus vel dominium
respiciat naturam institutam. Sed solum quod respiciat
naturam lapsam ubi ordo habet perturbari [illegible]
um confusum etc.
Consequenter queritur de necessitate subiacendi potestati presi-
dendi. Et circa hoc queruntur duo: primo quare
utrum christiani teneantur subiacere tyrannis malis
quibus. Secundo utrum religiosi teneantur subiacere
prelatis suis in omnibus.
Circa primum sic proceditur, et queritur utrum christiani tene-
antur subesse tyrannis sive potestati seculari in
aliquibus. Et quod sic videtur .i. Petri .ii. Servi subditi
estote in omni timore dominis non tantum bonis et modes-
xiii tis sed etiam discolis. Item Ro. xiii. Omnis
anima potestatibus sublimioribus subdita sit, et
post: reddite omnibus debita, cui tributum tribu-
tum, cui vectigal vectigal. Et si tu dicas quod
hec est ammonitio propter scandalum vitandum, contra: Pau-
lo ante: necessitate subditi estote, non solum propter
ira — iram sed et propter conscientiam. Item hoc ipsum ostenditur ratione
quam apostolus facit ibidem: non est enim potestas nisi a deo.
Sed que a deo sunt ordinata sunt. Ergo omnis potestas
ordinata est ordinatione divina. itaque qui resistit potesta-
ti, dei ordinationi resistit. Sed qui resistit ordinati-
dei oni dampnationem sibi acquirit. ergo etc. Item servi-
tus non est culpa sed malum [illegible] meritorium. ergo
videtur quod ab illa servitute non absolvatur per baptis-
sic mum. Ergo si fuit non christiani servi sunt aliorum, ita et si christia-
ni fiant servire tenentur. Item ad hoc ipsum sunt
multe auctoritates que possunt sumi ex aliquibus epistolis bea-
ti pauli in quibus monet servos subiacere dominis suis.
Sed contra. Mt. xvii. reges terre a quibus accipiunt cen-
sum, a filiis an ab alienis, et post: ergo liberi sunt
filii. Et Glo. ibi: liberi sunt filii regni in omni re-
gno viso; magis liberi sunt filii illius regni, sub
quo sunt omnia omnia regna in quolibet regno terreno.
Si ergo boni christiani sunt filii regni illius videtur quod sub-

nullius regis terreni potestati sit astricti. Ergo non tene-
tur ei subesse in aliquo tributo. Item Iaco.
i. qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis. Glo.
exponit quod lex perfecte libertatis est lex evangelica. ergo
suscepta libertas liberat ab omni servitute. videtur quod omnis qui
in venit legi evangelii absolutus sit ab omni ser-
vitute regis terreni. Item caritas omnia membra
christi facit unum, et omnia facit communia. i. Cor.
iii. Omnia vestra sunt sive mors sive vita etc. omnia
facit unum in christo dicit apostolus ad ephe. et ad col. omnes
unum sumus in christo. Nec est distinctio servi et liberi. ergo si
caritas reducit omnia membra ad equalitatem et com-
munitatem, videtur quod in habentibus caritatem non sit aliqua obli-
gatio servitutis. Item maius est vinculum legis
divine quam sit vinculum constitutionis humane. Sed lex evan-
gelica absolvit ab onere servitutis legalis
quecumque a deo per moysen lata fuerat. ergo multo for-
tius absolvit ab onere humane servitutis [illegible]
legis civilis. Item Ansel. Cur deus homo
cap. v. ipse redimere voluit [illegible] in pristina redi-
geret libertate et sibi homo servitus esset non homini.
Si ergo christi sumus precio magno mercati sanguine
agni incontaminati et immaculati videtur quod ipsi soli
servi sumus. ergo non videtur quod vir christianus qui renatus
est in christo astrictus sit alicui servituti terreni ipsi(us). R°
Respondeo dicendum, quod cum servitus opponatur libertati, scit quod tri-
plex dicitur esse libertas, scilicet a coactione et a culpa
et a miseria. Sic servitus potest dici tripliciter, quia attendi-
tur libertatis [illegible] secundum [illegible] libertatis
a culpa attenditur servitus peccati. de qua Io. octavo.
Qui facit peccatum servus est peccati. Et Ro. vi. Non regnet
et peccatum in vestro mortali corpore. Secundum vero [illegible]
libertatis a miseria attenditur servitus pene et
mortis. de qua dicitur Ro. vi. christus resurgens a mor-
tuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur.
Secundum autem [illegible] libertatis a coactione attenditur
servitus conditionis. de qua dicitur Ro. vii. Servus voca-
tus es. non sit tibi cure. Sed si potes liber fieri, ma-
gis utere. Hec autem servitus attenditur in [illegible]
libertatis a coactione non quo ad [illegible] motum [illegible]
quod cogi non potest. Sed quo ad exteriorem [illegible] et servitus
introducta fuit in hoc, quod unus alterum [illegible] et
servituti sue adduxit, ut non liceat facere [illegible]
[illegible] mandavit, cum ergo triplex sit servi-
tus [illegible] non esset servitus pene
non peccati sed servitus culpe et servitus conditionis sub
[illegible] duplex perderet. Cum ergo [illegible]
[illegible] in christo [illegible] efficit christianus liber a servitu-
te peccati. Sed tamen non sic liberat [illegible] possibili

tate et facultate et prioritate habeat redimendi in idem genus servitutis. Et hic est quod Christus eius promotione et humiliatione religavit dominus ad servitutem mortis et conditionis. Unde ita monuit Christianos. Et Christus pro veritate commaluit et conceptas militantes in tribus, ex quibus confregit bella et lites in digne regi terreno principi, sic et alie potestates. Et ideo non solum secundum humanam conditionem sed etiam secundum divinam dispensationem inter Christianos sunt reges et principes domini et servi, et secundum diversitatem potestatis ei subiciuntur et tenentur secundum plus et minus. Unde ipse dominus dicit Matthei xxii: Reddite que sunt Cesaris Cesari, et que sunt dei deo. Et apostolus i. Thimothei vi. hoc docet, et contra predicantes condempnat; ait enim sic: Quicumque sunt sub iugo servitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini et doctrina blasphemetur. Si quis autem aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Ihesu Christi, superbus est nichil sciens etc. Et hoc ipsum probat Ro. xiii et pluribus aliis locis docet et mandat. Et ideo concedendum est quod Christiani sunt terrenis dominis obligati, non tamen in omnibus, sed in hiis solum que non sunt contra deum, nec in hiis omnibus, sed in hiis que secundum iustam consuetudinem rationabiliter statuta sunt, sicut tributa et vectigalia et consilia, vel auxilia et iura, que hoc probat concedendum est. Ad id quod primo obicitur de textu et glossa xvii Matthei, dicendum quod textus intelligitur de Christo, quod ipse non tenebatur reddere tributum, et hiis qui sunt eius imitatores perfecti, ut patet de apostolis, pro quo nullius erant liberi, et omnia bona temporalia dimiserant, et ideo censum vel tributum ab eis reges terre accipere non debebant. In aliis autem Christianis, vel qui sunt servili conditionis, vel qui habundant temporalibus, illa auctoritas non habet intellectum. Ad secundum quod obicitur quia lex evangelii est lex perfecte libertatis, dicendum quod ideo dicitur lex perfecte libertatis, quia liberat a servitute peccati et corruptionis, sive etiam a servitute legis. Dominum meum dat spiritus caritatis, qui est spiritus libertatis. Propter id quod dicit apostolus Ro. viii: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum. Et ideo ex hoc non sequitur quod homo qui est sub lege evangelii sit liberatus a servitute terreni domini. Ad tertium quod obicitur, quod caritas omnia unit et communia facit, dicendum quod hoc verum est per quandam participationem, sed non est verum per omnimodam equalitatem. Omnes enim unit secundum hoc quod est secundum affectionem, sed non secundum gradus et dignitatem indistinctione, nam in corpore Christi magna est membrorum distinctio, quamvis quantum ad conformitatem affectionum summa magna sit unio. Ad quartum quod obicitur, quod solvit lex evangelica obligationem legis mosayce, ergo multo fortius a lege humana, dicendum quod non est simile, quia

lex ista legem illam implet et evacuat tamquam veritas figuram. Non sic autem est de lege humana, quam in multum adiuvat ad observantiam legis divine. Unde et apostolus mandat rogari pro principibus i. ad Thi. ii, ut quietam et tranquillam vitam sub eis agamus. Ad quintum quod obicitur, quod Christus ideo per se redimere voluit ut in pristinam libertatem redigeret, dicendum quod in non effectus plene recepimus fructum per Christum, sed tamen illum effectum non plene assequimur in presenti, quia omnis creatura ingemiscit et parturit, donec liberetur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Unde hic inchoatur libertas a culpa, sed ibi consumabitur libertas omnimoda et ab omni potestate humana. Unde non sequitur quod si sumus empti a Christo, quod propter hoc non simus servi alterius, quia dominus ex verbo compatitur secum dominum hominis, in hiis maxime que nichil iubent contra deum, sed non compatitur secum dominum contrarium, propter quod Matthei vi: Non potestis duobus dominis servire. Et ideo quamvis redemptione Christi eruamur a servitute mortalis peccati, non tamen eruimur a servitute conditionis vel mortis.

